dicit Gꝛego. Jn hoc debemꝰ penitere. Scđo iđ. qꝛ ſicut ex lege iubemur deo offerre decimas totius anni frumentales. ita decimas tempoꝝ. Nam q̄drageſima ꝯtinet q̄draginta duos dies. ſed quia ſex dies dñicos nō ieiunamꝰ ꝓpter gaudiū reſurrectionis quo xp̄s bis comedit. iđ manent tm̄ triginta ſex dies ieiunales. ergo addunt̃ quattuoꝛ p̄cedentes: qui q̄draginta ſunt decime tēpoꝝ. qꝛ annus habet. ccclxv. dies. Tertio ſm Ambꝛo. iđo qꝛ ꝑ q̄draginta dies aque diluuij inundauerunt ſuꝑ terrā ꝓpter pctā. ergo pctā noſtra ꝑ abſtinentiam q̄draginta dierū deleamus. vt impleamꝰ q̇cquid deliq̇mus. vt curſoꝛ implet altera die qđ i vno neglexit. Nota licet illo tp̄e xp̄us nihil comederit nos tm̄ ſemel ob infirmitatē humanitatꝭ poſſumꝰ cibū ſumere ad ſufficientiaꝫ. Sed diceres. Cur non ieiunamꝰ eo tempoꝛe q̇ xp̄s. ſcꝫ poſt epiphaniam ⁊ baptiſmū. Reſpōdet̃ pꝛimo: qꝛ nūc inſtat anniuerſarius xp̄i paſſionis. Ergo vt ſibi cōpatiamur poꝛtādo crucē penitētie ⁊ cū eo reſurgamꝰ a vicijs ⁊ a moꝛte anie. iđ iſto tp̄e inſtitutū eſt hoc ieiuniū. Scđo iđ vt imitemur filios iſrl̃. qꝛ illo tempoꝛe exierunt de egypto. poſt hoc eo tp̄e exierunt de babilonia. qđ inde pꝛobat̃: qꝛ tam iſti q̄ꝫ illi ſtatim celebꝛauerūt paſca. Et ſic nos p̄mo egrediamur de pctis vt deniq̄ꝫ eamus in terrā ꝓmiſſiōis Tertio ꝓpter furoꝛē libidinis q̇ in tp̄e veris ſolet nos magis accēdere q̄ꝫ alijs anni tp̄ibus. Ergo refrenemus carnis ꝯcupiſcētiā ꝑ ieiuniū. ij. ad Coꝛ. vj. Jn ieiunijs ⁊ caſtitate ⁊c̃. Hieronymꝰ. Per abſtinentiā cibi ⁊ potus tepeſcit venus. Pꝛouerbio. xxvj. Si defecerint ligna extinguit̃ ignis. Sequitur. Poſtea eſurijt. Et hoc ꝓpter duo. Pꝛimo vt oñderet ſe eſſe verū hoieꝫ vt pꝛius verū deū. Vel ſm Baſiliū ad oſtendendū ꝙ famē ſponte aſſumpſit vt ceteros defectus. Scđo ſm Baſiliū vt pꝛouocaret diabolū ad tēptandū eū. Dixi ſcđo innuitur quō callidus hoſtis eſt eū aggreſſus dicēs Et accedēs temptatoꝛ. i. diabolus. qui habet hoc nomen ab officio. De quo Chꝛiſ̃. Nec manducat nec bibit nec aliud opus habet q̄ꝫ ꝙ inceſſanter tēptat. iđ dicitur tēptatoꝛ. Et accedēs. Dicit Nicolaus de lyra. Sciuit diabolus ex ꝓphetia Jſa. ix. ꝙ chꝛiſtus deberet eſſe deꝰ ⁊ homo. iuxta illđ. Paruulus natus eſt nobis. ⁊ filiꝰ datus eſt nobis. Ecce vera humanitas. ⁊ vocabitur nomē eius ammirabilis. deus foꝛtis. ecce maniſeſta eius diuinitas Jtē ſciuit tp̄us foꝛe completū per Danielē expꝛeſſum: ⁊ per regni tranſlationē iudeoꝛum ad herodem alienigenam. vt habet̃ Geneſ̃. xlix. Non auferet̃ ſceptrū de iuda ⁊c̃. Sed neſciebat certitudinaliter an ieſus eſſet chꝛiſtus. Veruntamē ꝓpter eminētiam ſanctitatis eius habebat quandā coniecturam. eyn verdenckē. Dubitauit em̄ diabolus quia vidit eum natū de muliere. ⁊ flentē: ⁊ circūciſum: ⁊ fugientem in egyptū: ⁊ baptizatū. ⁊ ſitim ⁊ famam patientem. et pꝛopter hoc putauit euꝫ eſſe hominem. Jtem ex alia parte non nouit eius patrem. vidit angelos letātes. ſtellā magos ducentē ⁊ ideo putauit eum deū. Jdeo voluit hoc experiri per ētptationē. ⁊ vidēs eū eſuriem pati putauit eum eſſe purum hoiem. Et per hoc voluit euꝫ ducere ad peccatum gule. Maximūs dicit ꝙ tranſfigurauit ſe diabolus in ſpeciem humanam. Aug. Hic diabolus fuit lucifer qui pꝛimū hoiem ſuperauit. Et aſſumpſit habitū religioſum vt a chꝛiſto putaret̃ heremita. Et accedēs quaſi compatiēdo fami xp̄i. quaſi diceret. Ecce diu ieiunaſti. nunc indiges cibo qui in deſerto non pōt haberi. Si filiꝰ dei es dic vt lapides iſti panes fiant. Audiuit diabolus vocem patris. Hic eſt filius meus dilectus Jncredibilis huic voci cogitans ſi cōuerteret lapides in panes tūc ipſe eſſet. ſ. dei filius dilectus. Sed pꝛius chꝛiſtus ſigna nō fecerat. ſed debebat ſigna facere ad vtilitatē credentium. Etiam ſi feciſſet diabolus melioꝛatus nō fuiſſet. ſed gloꝛiat̃ ꝙ chꝛiſtum in miracula duxiſſet. Sed diabolꝰ nō fecit mentionē de refectione anime. que eſt hominis potioꝛ pars. ideo a xp̄o repellitur tāq̄ꝫ doctoꝛ indiſcretus. Qui reſpondēs ait. Scriptum eſt. ſ. Deutero. viij. Non in ſolo pane viuit homo ſꝫ in omni verbo quod pꝛocedit de oꝛe dei. Rabanus. Sicut coꝛpus humanū non viuit ſine cibo terreno. ſic nec anima ſine dei verbo. Ergo ꝯſidera q̇d nunc debes rñdere diabolo cum inuexat te dicēs. ieiunium longū. cibaria groſſa. Reſpōde ei. Non in ſolo pane viuit hō ⁊c̃. O q̄ꝫ multos diabolus tēptatione gule ſuperat. Ecci. xxxvij. Pꝛopter crapulā multi perierūt. Galienus. Plures moꝛiunt̃ gula q̄ꝫ gladio. Phil̃. iij. Quoꝛū deus venter eſt. Sed huic temptationi reſiſte per ieiuniū. j. Pe. v. Fratres ſobꝛij eſtote et vigilate qꝛ aduerſarius vr̄ diabolus ⁊c̃. Judith em̄ holofernē ſupauit cū iaceret in lecto nimia ebꝛietate ſopitꝰ. Judith. xiij.

Scđo tēptauit eū diabolus de vana gl̃ia. Dicit Chꝛiſ̃. Cū diabolꝰ ex xp̄i rñſione nihil certū haberet an eſſet dei filiꝰ. ait intra ſe. Si iſte fame nō vincit̃. ⁊ ſi nō filiꝰ dei: tūc ſctūs eſt vir. Poſſunt tm̄ ſcti viri vinci ꝑ vanā gl̃iam. Tūc ſcđo reuerſus: dicit Maximꝰ. aſſumpſit foꝛmā curſoꝛis foꝛtiſſimi dicens. O debilis ⁊ attenuatus nec ꝑ teip̄m ire vales. nec q̇cq̄ꝫ habeo vt te reficiā. Hāc tm̄ miſericoꝛdiā tibi impendam vt te in doꝛſo meo poꝛtabo ad habitaculū hoim. vt q̇s tui. ſ. miſereri poſſit. ⁊ deꝰ aſſenſit. Nec mirū ꝙ xp̄s dei filius ꝑmiſit ſe a diabolo duci. Quia dicit Greg. in omel̃. Quid ḡ mirum ſi ſe ab illo ꝑmiſit duci q̇ ſe etiā a mēbꝛis illius pertulit crucifigi. ſcꝫ a pilato ⁊ iudeis qui fuerunt membꝛa diaboli. Tunc aſſumpſit eum diabolus. ſcꝫ ex ſuꝑbia. ⁊ ſtatuit eum ſupꝛa pinnaculum templi. quod fuit vnum deambulatoꝛiū vbi ſacerdotes populo pꝛedicabāt. Et fuit intentio diaboli vt a populo omni videretur. Chꝛiſtus tamē nō viſus fuit ab aliquo niſi a diabolo. quia fuit in eius poteſtate videri vel non. Jdeo ait. Si filius dei es mitte te deoꝛſum. Hieroni. Nec fuit cauſa temptationis ſi filius dei eſſet. quaſi diceret. Si h̄ facis gloꝛioſus apparebis in conſpectu aſtantiuꝫ nec opoꝛtet te timere ne offendaris. Scriptum eſt enim. Angelis ſuis deus mandauit de te vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Pſalmiſta. xc. Gregoꝛius. Vnde tibi diabole hoc. Scripturas legiſti non vt melioꝛ eſſes ſed vt deciperes. quia incōplete allegauit. ſcilicet non addendo. ſuꝑ aſpi

UVA. BHSC. IyR_034_1

dem ⁊ baſiliſcum ambulabis ⁊c. id eſt ſup demones ambulabis. ſ. coꝝ temptationes conculcādo. Itē ſicut falſus doctoꝛ. q: male intellexit. eo ꝙ nō ſolū de xp̄o ſed de omni hoīe intelligendū eſt. cui ſm Hieronymū datus eſt angelus in cuſtodiam in temptatione. Ideo rn̄dit ei per ſcripturā. Scriptum eſt. Non temptabis dn̄m deum tuum. Ille deū temptat qui exponit ſe periculis vt experiat̄ an deus eū eripiat. vt ſi quis nihil vellet māducare ſed expectat vt deus eū cibaret. vel tāgere ferrū ignitū. quaſi diceret. Nā per viā bonam poſſuꝫ deſcēdere. ſcilicet p gradus factos. ⁊ ſi al's deſcēdere hoc eſſet deum temptare. Tertio tēptauit eum de auaricia. Maximus. Vidēs xp̄m nō poſſe ſuperare in ſuperbia ⁊ gula. tunc venit tertio in foꝛma regis potētiſſimi cū exercitu maximo. Et iterum aſſumpſit eū in montē excelſum qui dicit̄ q̄rentena. ⁊ ſub eo fuit riuulus fontis q̄ helyſeū ſanauit duo miliaria a monte. Et oſtēdit ei oīa regna mūdi. Chriſ. ſimpliciter p diuerſas partes. ſ. gelegde. Ibi romanoꝝ. grecoꝝ. frācoꝝ. polonoꝝ. ⁊ ſic de alijs. ⁊ glīam eoꝝ. Quaſi diceret. Ibi creſcit aurū. ibi argentū. ibi lapides p̄cioſi. Hec oīa tibi dabo ſi cadēs adoꝛaueris me. Vere mētitus eſt. iuxta illō Joh. viij. Mendax eſt ⁊ pater ei9. ſ. mēdacij. Nam diabolus nihil p̄priū habet. Pſal. xxiij. Dn̄i eſt terra ⁊ plenitudo eius ⁊c. Et foꝛte ſe cognoſci timuit. Ideo q̄ſi deſperat9 venatoꝛ q̄ oīa iacula iacit. ⁊ ſic diabolus fecit. Tūc ait ei. Vade ſathanas. ſ. in ignem eternū. quaſi diceret. Hec eſt tua inueterata nequicia vt honoꝛē dei attrahas. Scriptū eſt em̄. Dn̄m deū tuū adoꝛabis. Deu. vj ſcꝫ adoꝛatione latrie. Chriſ. hic dat̄ nobis exēplū vt p̄prias iniurias toleremus. dei aūt iniurias nō debem9 audire. Tūc reliquit eū diabolus in p̄ꝛopria perſona. ſed poſtmodū rediꝫt p phariſeos. Et angeli acceſſerūt ⁊ miniſtrabāt ei. Chriſ. Non dixit deſcēdentes ꝭ accedētes: ad oſtendendū ꝙ ſꝑ ad eius miniſteriū fuerunt in terra. Sed tūc temptato dn̄o receſſerant: nefoꝛte ſi eos p̄ſentes ſenſiſſet malus angelus nō appꝛopinquaſſet. Item nota hoc ieiuniū inſtitutuꝫ eſt ab eccleſia ſancta. vt hr̄ de ꝯſe. diſt. iij. ca. Placuit. vbi dicit̄. Placuit vt oēs fideles exceptis diebus dn̄icis: etiā die ſabbati ſacerdotali oꝛatione cōpleta ⁊ diſcretioīs cōmunione p̄cepta ieiunēt in quadrageſima. Et ibidem canone: nō liceat. Nō liceat fratres feria q̄nta nouiſſime ſeptimane ieiuniū ſoluere. et omneꝫ quadrageſimā exhonoꝛare. Glo. ſup verbo exhonoꝛare archidyaconi. Nil reputat̄ ieiunaſſe q̄ vnū diem non ieiunat. Et ſanctus Thomas dicit in ſecūda ſcd̄e. Omnis q̄ venit ad tertiū ſeptenniū. id eſt viceſimū p̄mū annū tenetur ad hoc ieiunium Ibidē ſanctus Thomas. q. cxlvij. dicit. Ideo pueri q̄diu ſunt in ſtatu augmentationis non tenentur ad hoc ieiuniū. Conueniens tamen eſt vt ſe exerceant ſm plus ⁊ minus ſm modum ſue etatis. Sed quid de peregrinātibus ⁊ dure laboꝛātibus. Reſpōdet ſanctus Thomas ibidem. arti. iiij. Si peregrinatio ⁊ opis laboꝛ cōmode differri poteſt aut diminui abſq; detrimēto coꝛpoꝛalis ſalutis ⁊ exterioꝛis ſtatus qui requiritur ad ꝯſeruationem coꝛpoꝛalis vel ſpiritualis vite: non ſunt p̄pter hoc ieiunia eccleſie p̄termittēda. Si aūt immineat neceſſitas ſtatim peregrinādi ⁊ magnas dietas faciendi vel etiam multū laboꝛandi. vel p̄ꝛopter cōſeruationē vite coꝛpalis. vel p̄pter aliquod neceſſarium ad vitam ſp̄ualem. Et ſimul cuꝫ hoc non poſſunt eccleſie ieiunia obſeruari: non obligat̄ homo ad ieiunanduꝫ. Videtur tamen in talibus recurrendū eſſe ad ſuperioꝛis diſpenſationem: niſi foꝛte alicubi non eſſet conſuetū. quia p̄lati diſſimulantes videntur annuere. Item quid de curſoꝛibus: quoꝛū vſus eſt dn̄is neceſſarius. Reſpondetur ſm Guil. Si non poſſunt ſimul currere et ieiunare excuſant̄. Secus quādo moꝛant̄ ⁊ modicum vadunt. Item de pauperib9 reſpōdet ſanctus Thomas. Pauperes ſi poſſunt ſufficienter habere quod eis ſufficiat ad vnam ꝯmeſtionē nō excuſantur a ieiunio. Si non poſſunt excuſant̄. vt illi qui fruſtatim elemoſynas accipiunt ⁊ mendicant. Item quid de mulieribus p̄gnātibus ſiue lactātibus. Reſpōdet Guil. Si neceſſitas coꝛporalis debilitatis impedit eas non tenentur ad ieiunium. ſi enim timeatur notabiliter de periculo vel aboꝛſu etiam tenentur ſoluere. Hoc idem de infirmis debilibus ⁊ ſenibus. et ſic de alijs. Attamen in his omnibus cautum eſt habere diſpenſationē epiſcopi vel p̄pꝛij ſacerdotis. Hec Guil. Et de conſe. diſt. v. ca. Ieiunia in eccleſia a ſacerdotibus inſtituta ſine neceſſitate rationabili nō ſoluātur. Hec Euſebius papa. Item quid cōfectionibus. Reſpondet ſanctus Thomas. in ſcd̄a ſcd̄e q. cxlvij. ꝙ non ſoluitur ieiuniū per confectiones vel electuaria. ſicut nec p alias medicinarū aſſumptiones. niſi q̄s in fraudeꝫ ſumeret. vel in magna quātitate. vel p modū cibi. Cui ꝯcoꝛdat Innocentius. Pro q̄ ſciendū ꝙ Gre. xxx. moꝛal. ⁊ ſanctus Tho. ij. ij. q. cxlvij. arti. iiij. dicūt. ꝙ quinq; modis tēptamur vicio gule. Pꝛio q̄n tp̄us p̄uenit̄. Et ſic j. Regū. xiiij. Jonathas q̄ p̄uenit hoꝛā. ſ. nonā hoꝛā. Scd̄o q̄n cibi lautioꝛes querunt̄ ſine cauſa neceſſitatis ſed voluptatis. Aug. Non cibus ſed appetitus in culpa eſt. Et habet̄. xlj. diſt. c. nō cogant̄ Non cogant̄ diuites pauperū cibis veſci. vtantur ꝯſuetudine infirmitatis ſue. ꝭ doleāt aliter ſe non poſſe ſuſtētare. ſi ꝯſuetudinē mutāt egrotātes vtātur ſupfluis. dent inopib9 neceſſaria. Vtant̄ p̄cioſis. dent paupib9 groſſa: Tertio nimis comedēdo vt mēſurā q̄s excedat. ⁊ ſic peccauerūt ſodomite. Ezech. xvj. Hec fuit iniquitas ſodome ⁊c. Contra hoc dicit canon de conſe. diſt. v. Sint tibi quotidiana ieiunia refectio ſatietatē fugiens ⁊c. Quart9 modus eſt ardenter ꝯcupiſcere. vt faciunt q̄ cū cibaria in menſam venerint ſtatim abſq; oꝛatione et vllo ſigno crucis deuoꝛant. In hoc exceſſit eſau. Gen. xv. Aug. Nō vſus rerū. ſed libido eſt in culpa. Quinto nimis ſtudioſe ꝯmeſtibilia p̄parando ⁊ ſalutē anīe negligendo. Sic peccauerūt filij hely. j. Reg. ij. qui accipiebāt carnes crudas vt ſtudioſe p̄pararet. Hec oīa patent per hos vſus. P̄ꝛep̄ꝛopere laute nimis ardēter ſtudioſe. Iſrael ⁊ Jonathas eſau ſodomita ſacerdos. Ut bene ieiunes nōli p̄ꝛandere guloſe.

UVA. BHSC. IyR_034_1

15

Ꝺe eodem Sermo xj.

# Ꝺm ieiunaſſet qua-

c draginta diebus ⁊ q̃draginta noctibꝰ po
ſtea eſurijt. Mat.iiij. Poſtq̃ꝫ veſtimentū
multū fedatū eſt noua ſuꝑueniens ſoꝛdes nō per
cipit:que tñ in cãdido veſtimento ſtatim apparet
Hoc iterū videmus in atrio mūdo in quo vix po
teſt veſtuca cadere quin ꝑpendat.ſed cum eſt im-
mundū grande lutū non percipit.Spũaliter. hõ
deditus crapule ſꝑ eſt in ſoꝛdibus. idõ cū ſoꝛdidioꝛ
efficit cadẽs ſcꝫ in lutū libidinis nõ ꝑcipit. vadit
eñ de ſoꝛde in ſoꝛdẽ velut ſus qui deſcendit in ſta
bulum ſoꝛdidū.ſ.demonū. Figurat Matt.viij.ꝙ
q̃dã habẽs in ſe legionẽ ſpirituū immundoꝝ ha-
bitabat in ſepulcris.inde diuina v̄tute expulſi ſpi
ritus illi immūdi ingreſſi ſunt gregẽ poꝛcoꝝ.dein
de ꝑcipitio ruerūt in mare.Spũaliter. Per ſpūs
illos immūdos q̃ viuū hoīem tenebãt in ſepulcro
ſubaudi gulã ⁊ crapulam q̃ ſunt vicia viuentẽ ho
minẽ tenentia in ſepulcris vt moꝛtuū in fetoꝛe.eo
ꝙ ſemꝑ putreſcit.Ducūt autẽ huiuiuſmodi vicia
de ſepulcro ad poꝛcos.qñ guloſi trahunt ad libi-
dinẽ.Gula eñ ⁊ crapula ꝓpter immūdiciã coꝛpo
ris ⁊ anime quã inducūt poꝛcine feditati cõꝑant.
Sed inde deſcendunt pꝛecipitio in mare. id eſt in
infernū ſtabulo ſulphureo cū demonibꝰ deputã-
di.q̃bus ſe per immūdiciã totaliter aſſimilauerūt
Ambꝛo.in lib.de penitẽtia.Ebꝛius inquit cum ab
ſoꝛbet vinū abſoꝛbet a vino. abominat a deo. de-
ſpicit ab angelis.deridet ab hoībus.cõfundit na-
turã.amittit grãm.ꝑdit gl̃iam. incurrit damnatio
nẽ eternã.Jdeo xp̃us nos ammonẽs ſeipm ponit
in exemplū v̄tutis.q̃ etiã poſtq̃ꝫ ieiunauit eſuriẽs
noluit ſequi diabolūꝫ. q̃ ſuaſit ei vt faceret panes
de lapidibus:tẽptando eū per gulaꝫ.Sed docuit
nos abſtinere. eo ꝙ euangeliſta tãgit eius ieiuniū
dicens.Cū ieiunaſſet ⁊c. Nota pꝛimo q̃le debet
eſſe ieiuniū.Scđo que ſint eius vtilitates.De pꝛi-
mo ſciendū.Jeiuniū debet fieri plena ꝯuerſione.
pura intẽtione.deuota cõtinuatione. vera humili
atione. De ꝑmo dr̃ Johel.ij. Cõuertimini ad me
in toto coꝛde vr̃o.in ieiunio et fletu et planctu ⁊c.
Qui ergo meritoꝛie vult ieiunare ꝑmo cõuertat.
Parū eſt eñ te abſtinere a cibis quãdo non abſti-
nes a vicijs.Jſa.lviij.Ecce ad lites ⁊ contẽtiones
ieiunatis.Jſid.Qui abſtinẽt a cibis ⁊ pꝛaue agūt
demones imitant.q̃bus eſca nõ ẽ ſed ſemꝑ adeſt
nequicia.Jdeo vt digne ieiunet cõtritio confeſſio
⁊ ſatiſfactio aſſocient ieiunio.Ergo dicit Conuer-
timini ad me in toto coꝛde veſtro in ieiunio fletu
⁊ planctu.⁊ ſcindite coꝛda vr̃a ⁊c. Jtẽ.ij. Paral.
xx.Joſaphat timoꝛe ꝑterritus totum ſe ꝯtulit ad
rogandum dñm.⁊ pꝛedicauit ieiuniū vniuerſo iu
da.Juda cõfitens interpꝛetat.Qui ergo vult di-
gne ieiunare debet cõfiteri peccata.Jtẽ ſatiſfactio
licet ieiuniū ſit pars ſatiſfactionis:tamen alie par
tes obmittende non ſunt.Thob.xij.Bona eſt oꝛa
tio cū ieiunio ⁊ elemoſyna magiſq̃ꝫ theſauros au
ri recondere.Dicit notãter elemoſyna.Vnde am
bꝛoſius lib.de ieiunio.Jllud ieiuniū dñs appꝛo-
bat quod ad eius oculos manus elemoſynarū le-
uat. Hoc quod tibi ſubtrahis alteri largire. Vt
caro tua affligitur egeni caro reparet.Ergo dicit
Mat.vj.Vnge caput tuū.ſ.vngento deuotionis
⁊ oꝛationis.⁊ laua faciem.i. immundã conſcienti
am.aqua miſerationis. Vnde Jſa.lviij. Frange
eſurientí panẽ tuum ⁊c.De ſcđo dicitur Baruch.
ꝑmo.Audientes ploꝛabãt ieiunabant ⁊ oꝛabant
in conſpectu domini.Et bene additur in conſpe-
ctu dñi ⁊ non in conſpectu hoīm.Ecce q̃ꝫ pura de-
bet eſſe intentio ieiunij. Et nõ ſicut illi de quibus
dicit.iij.Regū.xxj.Pꝛedicauerunt ieiuniū ⁊ occi
dere fecerunt naboth ⁊c.Jeiunauerūt vt in inno-
centem occiderent.⁊ ſic aliqui ieiunant vt palliet
eoꝛum nequicia. Et ſic Judas oſculabatur dñm
⁊ tradebat.De tertio Judith.iiij. Scitote quoni
am dominus exaudiet pꝛeces veſtras ſi manſeri
tis ꝑmanentes in ieiunio ⁊ obſecratione in cõſpe
ctu domini.Quidam autẽ bene incipiunt ſed de-
ſiſtūt cito.Quidam vno die ieiuni ſunt alio ebꝛij
Continuatio autem ieiunij pꝛecipue a ſuꝑfluis ci
bis valet contra tria pericula triū hoſtiū.ſ.diabo-
li.carnis ⁊ mundi. Diaboli. vnde chꝛiſtus ſathan
vicit cum ieiunaſſet ⁊c.Ambꝛo. Jeiuni hominis
ſputum ſi ſerpens guſtauerit moꝛit. Vide quãta
vis ieiunij.ſi ſputum terrenum ſerpentẽ interficit
quid faciet ſpũali ſerpenti. Et in periculo maris
paulus ⁊ ſocij eius ieiunium continuantes euaſe
runt naufragium.Nam Actuū.xxvij.dicit.Quar
tadecima die hodie expectantes ieiuni permane-
tis nihil accipientes. Mare ſignificat mundum.
Pſal.ciij.Hoc mare magnum ⁊ ſpacioſuꝫ mani-
bus. Pericula carnis ſunt pericula incontinẽtie.
Luce.ij.Anna nõ diſcedebat de templo ieiunijs
⁊ oꝛationibus ſeruiens.De quarto ſcilicet humili
abam in ieiunio animã meam. Attẽde qualis de-
bet eſſe iſta humiliatio. quia debet eſſe quo ad te.
quo ad deum.quo ad pꝛoximuꝫ. Pꝛimo quo ad
te.Eccleſiaſtici.xxxiiij. Qui baptizatur a moꝛtuo
⁊ iterum tangit moꝛtuū quid pꝛoficit lauatio illiꝰ
Et ſic homo qui ieiunat in peccatis ⁊ iterum facit
quid pꝛoficit humiliando ſe. oꝛationẽ illius quis
exaudiet. Ergo humiliatio eius quo ad ſe debet
eſſe fructuoſa.Scđo quo ad deum non debet eſſe
ꝑſumptuoſa.ſicut illoꝛum qui dicunt Jſaie.lviij.
Quare ieiunauimꝰ ⁊ non aſpexiſti.humiliauimꝰ
animas noſtras ⁊c.Tertio quo ad pꝛoximus non
ſit iniurioſa.ſicut illius phariſei. Luce.xviij.Jeiu
no bis in ſabbato. Jniurioſe contempſit publica-
num.Contra quod dicitur Roma.xiiij. Qui ieiu
nat manducantẽ non ſpernat. De ſecundo que
ſunt vtilitates ieiunij.⁊ quot ſunt. Pꝛimo per ie-
iunium offenſa dei placatur. Vnde Jone.iij.Cū
ciuitas magna niniue interire debebat. tunc pꝛe-
dicauerunt ieiuniū tribus diebus ⁊ noctibꝰ.Et ſe
quitur. Vidit deus opera eoꝛū quia cõuerſi ſunt
a via ſua mala. ⁊ miſertus eſt ſuper maliciam eo-
rum quam locutus fuerat vt faceret eis ⁊ non fe-
cit. Vidit deus opera.⁊ non tm̃ ieiuniū.quia ieiu
nium ſine alijs bonis operibꝰ nihil pꝛodeſt. Vn-
de legit Heſter.iiij.ꝙ heſter tribꝰ diebus ieiunã-
do ⁊ tribus noctibꝰ ſententiã de moꝛte iudeoꝝ da
tam reuocauit.ſic et tu fac. Secundo per ieiuniū

UVA. BHSC. IyR_034_1

gratia dei impetrat. Actu.ij. Aplī ieiunī ſpm̄ſctm̄ accepērūt. ⁊ ſic ſi vis habere grām ſpūſſcti ſtude deuote ieiunare. Gre.in p̄fatione. Qui coꝛpoꝛali ieiunio vicia cōp̄rimis.mentē eleuas. virtutē largiris ⁊ p̄mia.Ecce ieiuniū mentē eleuat.cibus vo grauat. Lu.xxj. Attēdite ne coꝛda vr̄a grauent crapula ⁊ ebꝛietate:qꝛ omne graue deoꝛſum petit.vt patet Luc.xvj. Moꝛtuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno.Ecce p̄ſens crapula vertit in eternā penuriā vt notū eſt de diuite.Et ecōuerſo vt liquet de lazaro q̄ poꝛtabat ab anglis i ſinū abꝛae. Hoc teſtat Hiero.dicēs. Miſerie delicijs delicie miſerijs comitant. Bern. Sicut ignis et aq̄ ſimul eſſe nō poſſunt.ſic nec ſpirituales ⁊ coꝛpales delicie.

Tertio per ieiuniū diabolus ſuperatur. Matt. xvij. Hoc genus demonioꝝ in ſolo ieiunio ⁊ oꝛatione eijcit.qꝛ ieiunio diabolo reſiſtim⁹.Et ſic arma q̄bus nos impugnat auferim⁹ ei.qꝛ ꝯcupiſcētiā auferimus. Prouerb.xxvj. Cum defecerint ligna extinguet ignis.Et ſic etiā hic de igne ꝯcupiſcētie q̄ per ieiuniū extinguit. Oꝛādo etiā deū ad nos ꝓuocam⁹.qꝺ figurat Exo.xiiij. Egyptij hoc audiētes clamabāt.fugiamus iſraelē. de⁹ em̄ eoꝝ pugnat pꝛo eis ꝯtra nos.⁊ ſic Matt.iiij. dn̄s vicit poſt ieiuniū.Et figurat Judith.xij.⁊.xiij. Judith oꝛādo ⁊ ieiunādo ad veſperā amputauit caput holofernis.i.diaboli.ſic ⁊ tu fac. Eſt ergo multū oꝛādū in ieiunio ⁊ nō ſemp ſiſtere in tabernis.et ſupplere illꝺ in potu qꝺ deficit in cibo Quarto per ieiuniū oꝛo exaudit.j.Eſdre.viij. Jeiunauim⁹ aūt ⁊ rogauim⁹ deū noſtrū ꝓ hoc ⁊ euenit nob ꝓſpere.Et Jſai.lviij. Hoc eſt ieiuniū qꝺ elegi diſſolue colligationes impietatis.tūc inuocabis ⁊ dn̄s exaudiet. Et nimirū qꝛ per ieiuniū hō humiliat in coꝛpe.per oꝛonem in aīa.Et deus humiles libenter audit. p̄s.cj. Reſpexit i oꝛonē hūiliū ⁊c. Et ſic fecit dauid dicēdo p̄s.xxxiij. Humiliabā in ieiunio aīam meā.vt etiā ptꝫ in publicano. Lu.xviij.

Quinto hō ad ſuſcipiendū coꝛp⁹ xp̄i per ieiunium p̄parat Et figurat Judith.vj. Ozias ſuſcepit achioꝛ i domū ſuā.⁊ fecit ei cenā magnā expleto ieiunio.Et ſic Ozias.i.xp̄s ſuſcipit achioꝛ.i.pctōrē penitentē expleto ieiunio ad cenā coꝛpis xp̄i in domū.i.in eccl̄iā.Et Helyas.iij. Regū.xix.i foꝛtitudie cibi illi⁹ ābulauit vſq ad montē dn̄i oꝛeb. Et ſic tali ieiunio Exo.xix. Moyſes meruit recipere legē dei.⁊ ſic nos ꝑ ieiuniū ip̄m deū ⁊c.

Feria ſecunda poſt Jnuocauit
Sermo xij.

# Bunt hi in ſuppliciū

eternū.iuſti aūt i vitā eternā. Mat.xxv. Grego.dic̄.Stultus debitoꝛ eſt q̄ mutuans gaudēdo pecuniā accipit. et nō ꝑpēdit tp̄s q̄ reddere debet.Spūaliter. Sic oīa q̄ habem⁹ coꝛpoꝛaliter ⁊ ſpūaliter a deo habem⁹. Jaco.j. Omne datū optimū ⁊ omne donū perfectū deſurſum eſt deſcēdēs ⁊c.Et apl̄s.j.Choꝝ.iiij.Quid habes qꝺ nō accepiſti.q.d.nihil. Ergo attēdere debem⁹ tp̄s quo mutuatum reddere debebim⁹. Et hoc docet nos introitus miſſe dicens. Sicut oculi ſeruoꝛū in manibus dominoꝝ ſuoꝝ.ita oculi noſtri ad dominū deum noſtrū ⁊c.Et videmus qui non habet ſoluere debitum ille petit dilationē. ⁊ ſic eccleſia in hodierna collecta. Abſolue q̄ſumus domine noſtroꝝ vincula peccatoꝛum:⁊ quicq̇d pꝛo eis meremur ꝓpiciatus auerte.Et in graduali. Conuertere dn̄e aliquantulū.exaudi p̄ces ſeruoꝛū tuoꝛum.Et in tractu.Domine non ſm pctā noſtra. Jtē.Dn̄e ne memineris iniquitatū ⁊c. Etiā videmus qui bene ſoluit paterfamilias hunc optime paſcit.⁊ in cubiculo ſuo requieſcere facit.Spūaliter. Sic xp̄s bene ſoluētibus.i.deo ſeruiētib⁹ ⁊ bn̄ opantibus benignitatē exhibet. de q̄ epl̄a Ezech. xxxiiij.Ecce egoip̄e requiram oues meas:⁊ viſitabo eas ſicut gregē paſtoꝛ viſitat. et paſcam eas in mōtibus vberrimis ⁊ herbis virētibus hoc eſt. in delicioſis gaudijs.Et videmus q̄ nō bn̄ ſoluit debitum ille ducit ad iudiciū vinculat ⁊ truncatur. Spūaliter.Sic q̄ deo non retribuūt in bonis opibus vinculant hic funibus peccatoꝝ.⁊ adducunt iudicio eterne damnatōis. De quo in euangelio. Jbūt hi in ſuppliciū eternū. Sanctus thomas in.iiij.diſt.xlviij. Sicut in p̄mo aduētu venit fili⁹ dei vt pꝛo nobis ſatiſfaceret apud patrem.ita i ſecūdo aduētu veniet vt iuſticiā patris in hoīes exequat.⁊ gl̄iam maieſtatis demōſtret. Sicut equ⁹ duobus calcaribus ex vtraq parte vel latere calcatur vt velocius currat. ita anima duabus affectionibus ſollicitat ad agēdam penitentiā.ſ.timore ⁊ amoꝛe. Jn ſumma euāgelij duo innuuntur Pꝛimo iudicis magnifica apparitio.ibi.Cū venerit. Scꝺo ſubdit iudicandoꝝ diuerſa diſpoſitio. ibi. Et cōgregabunt omēs gētes ⁊c. De pꝛimo dicit. Cū venerit fili⁹ hoīs.i.v̄ginis.Aug⁹. Licet opa trinitatis ſint indiuiſa.ita ꝙ quicq̇d facit vna ꝑſona facit ⁊ alia ⁊ oēs.tamē ſicut ſolus filius carnē aſſumpſit humanā in qua paſſus eſt. ita ſolus iudicabit.Jobis.v.Pater non iudicat queq̄:ſed omne iudiciū dedit filio.Et merito: quia oīm creatoꝛ ⁊ redēptoꝛ.Creatoꝛ ſm diuinā naturā.redemptoꝛ ſm humanā. Jdeo ſanctus Tho.in.iiij.diſt. xlvij.Scꝺm vtrāq naturā iudicabit.i.ſm diuinā habebit auctoꝛitatē pꝛincipalem. ſm humanā auctoꝛitatem cōmiſſam.Jdeo Matth.vltimo dicit. Data eſt mihi omīs ptās in celo ⁊ in terra. Actu. x.Cōſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ.

Sed di.quare dicitur filius hoīs in aduentu. in iudicio vero dicit rex. Reſpondet: qꝛ omnis ver⁹ ⁊ iuſtus iudex debet ſe manſuetū ⁊ benignum exhibere in cauſis audiendis. eo ꝙ nemo debet iudicare niſi cauſas audiat. nec audire bene poteſt niſi manſuetus ⁊ patiens ſit. Unde Catho. Jmpedit ira animū ⁊c. Sed chꝛiſtus eſt iuſtus iudex vt dicit Aug. Nemo iuſtius iudicabit niſi q̄ iniuſte iudicatus eſt. Ergo in aduentu ſe pium oſtendet. ſed in pꝛoferenda ſentētia ſe regem oſtendet tranſgreſſoꝛes puniendo. Tunc non queret pilatus.ergo rex es tu.Johannis.xviij.Nec iudei dicent.Regem non habem⁹ niſi ceſarem. Joh.xix. Sed vere dicent.Regem non habemus qui conſolatur ducat ⁊ regat nos ad bonum.ſed ceſarem. quia cedet eos virga ferrea. Pſal.ij.Reges eos in virga ferrea:⁊ tanq̄ vas ⁊c. Jtem diceres.in

UVA. BHSC. IyR_034_1

qua forma. Reſpondet Auguſtinꝰ ꝙ in forma il-
la iudicabit in qua ipſe iudicatus eſt. Et merito.
Sedebit em̄ iudex q̄ ſtetit ſub iudice vt reus. dam
nabit veros deos q̄ factus eſt falſus reus. Jō ve-
niet in ea forma in qua videri poſſit a iudicandis.
Sed ſolis bonis forma dei oſtendet. Malis ſola
forma in qua iudicatus eſt. ſm Jſa. xxvj. Tollat
impius ne videat gl'iam dei. ideo ſubdit. Jn maie
ſtate ſua. i. diuinitatis excellētia. qm̄ eū cognoſcēt
⁊ tñ nō videbūt eū impij niſi ꝑ ſigna ⁊ effectus.

Nota qñ rex aliq̄s iudicat in maieſtate hoc pri-
mo fit ardua de cauſa. ⁊ ſic hic. Eccl'es vlti. Cūcta
q̄ fiunt adducet dñs ad iudiciuꝫ pro oī errato ſiue
bonū ſiue malū. Scḋo cū decenti habitu. ⁊ ſic hic
in forma glorioſa. ps. ciij. Amictus lumīe ſicut ve
ſtimēto. Tertio cū anulo aureo. i. infinita ſapiētia
Matt. x. Nihil occultū qḋ nō ſciat. Quarto cum
gladio. i. vindicta. Deute. xxxij. Si acuero vt ful-
gur gladiū meū. ⁊ arripuerit iudicium manꝰ mea
reddā vltionē hoſtibus meis ⁊c. ps. vij. Niſi ↄuer
ſi fueritis gladiū ſuū vibrauit. Quinto cū ſceptro
id eſt iuſticia. Prouerbi. xxv. Juſticia firmabitur
thronꝰ eius. ps. cxviij. Juſts es dñe ⁊c. Sexto cū
dyademate. i. cū gl'ia. Jſa. xxxv. Gloria libani da-
ta eſt ei. Septimo cū ꝓncipibꝰ. Jō ſubdit. Et oēs
angeli eius cū eo. O quāta leticia erit bonis vide-
re vultū creatoris ⁊ redēptoris tā ſerenū: iō xp̄us
dixit electis Lu. xxj. Leuate capita vr̄a appropin
quat redēptio vr̄a. Econuerſo. q̄ntus dolor malis
Zacha. xiiij. Oculi eius cōtabeſcent in foramibꝰ
eoꝝ. Malachie. iij. Quis ſtabit ad videndū eum
Apoca. vj. Incipiēt petris ⁊ mōtibus dicere. cadi
te ſuꝑ nos. Nota in iudicio quidā erūt vt aſſeſ-
ſores. vt dicit Aug. Oēs q̄ volūtariā paupertatem
habuerūt. Matt. xix. Vos q̄ reliq̄ſtis oīa in rege-
neratione cū ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis
ſue ſedebitis ⁊ vos ſuꝑ ſedes duodecim iudicātes
duodecim tribus iſrael. Et Mat. xiij. Fulgebunt
iuſti ſicut ſol ⁊c. Quidā vt teſtes vt angeli. q̄dam
vt accuſatores vt diaboli. Apoca. xij. Proiectus
eſt accuſator fratrū noſtrorū q̄ accuſabat illos ⁊c.

Sed di. quare vult habere generale iudiciū cuꝫ
q̄libet iudicat in ſpeciali poſt mortē. vt latro q̄ iu-
dicatus eſt ad vitā. Lu. xxiij. Hodie mecū eris in
paradiſo. Et diues ad mortē. Eiuſdē. xvj. Mortu
us eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno Ergo fruſtra
expectat finale iudiciū. Itē Naum. j. Non iudica
bit bis in idip̄m. Rñdet ſctūs Thomas parte. iij.
q. lxix. art. v. Judiciū de aliqua re perfecte dari nō
pōt añ eiꝰ cōſummationē. vt iudiciū de aliq̄ actio
ne q̄lis ſit ꝑfecte nō pōt dari añq̄ ſit cōſummata.
⁊ in ſe ⁊ in alijs effectibus. q̄ multe actiones vidē
tur vtiles q̄ ex effectibus ſunt nocīue. Similit eſt
de hoīe de q̄ iudiciū ꝑfecte dari nō pōt q̄duſq̄ vi
ta eius terminet. eo ꝙ multipliciter mutari pōt ḋ
bono in malū. ⁊ ecōuerſo. Heb: ix. Statutū eſt ho
minibus ſemel mori. poſt hoc aūt iu diciū. Et ſic
licet per mortē vita tꝑalis terminet ſm ſe. remanet
tñ in effectibꝰ. Primo remanet ⁊ viuit in mēorijs
hoim. in q̄bus tñ. etiā qñq̄ cōtra veritatē remanet
bona fama vel mala. Scḋo remanet in filijs qui
ſunt quaſi aliq̄d prīs ſm illud Ecci. xxx. Mortuꝰ
eſt pater illiꝰ et q̄ſi nō eſt mortuus. ſimilē eni ſibi
reliquit poſt ſe. Et ſic aliq̄ parētes vituperant vel
laudant ex parte filioꝝ. ⁊ tamen multoꝝ bonorū
ſunt mali filij. ⁊ ecōuerſo. Tertio quantū ad effe-
ctum ſuoꝝ operū. ſicut ex deceptione arrij ⁊ alio-
rum hereticorū magna pullulabat infidelitas. et
multos infecit ⁊ hodie inficit. Sic etiaꝫ de bonis
vt de paulo ⁊ alijs aplīs. ex quoꝝ doctrina profe-
cit ⁊ vſq̄ nūc proficit fides apoſtoloꝝ. Quarto re
manet quantū ad corpus qḋ qñq̄ honorifice tra-
ditur ſepulture. qñq̄ relinquit in ſepultū. ⁊ tandē
incineratū reſoluitur omnino. Et quia de his per
fectum iudicium haberi non poteſt hoc tempore
ꝓpter hoc finale iudicium vt manifeſte talia diju
dicent habebitur. Sedebit ſuper ſedē maieſta-
tis. id eſt in nube proter ſuam dignitatem. Eccl'i.
xxiiij. Thronus meus in colūna nubis. Secun-
do ꝓpter ꝓmiſſi adimpletionē. Actuū. j. Sic ve-
niet quēadmodū vidiſtis ⁊c. Tertio ꝓpter nimiaꝫ
charitatē que tantū nube trita a malis poterit vi-
deri. ps. Nubes ⁊ caligo in circūitu eiꝰ ⁊c. Quar-
ta ratio. nubes pluit. tonat fulminat. ⁊ ſic xp̄us in
iudicio fulminabit per vindictā terribilē. tonabit
per ſententiā crudelē. ⁊ pluit rorem gr̄e ſuper ele-
ctos. quia gloria in corpore ⁊ aīa augmentabit.
Et congregabunt añ eum omnes gētes. ij. Choꝝ.
v. Omnes em̄ nos manifeſtari oportet ante tribu
nal chriſti. vt referat vnuſquiſq̄ ꝓpria corporis ꝓ-
ut geſſit ſiue bonū ſiue maluꝫ. Apocal'. xx. Erunt
libri aperti ⁊ alius liber apertus eſt qui eſt vite ⁊c.
igit nullus locus excuſationis. Primo liber paſſi
onis chriſti. crux. claui. lancea. ſpinea. corona ⁊c.
Math. xxiiij. Apparebit ſignum filij hominis in
celo. Jſaie. xj. Leuabit dñs ſignum in nationibꝰ
id eſt contra nationes reproborum. Signū domi
ni eſt ſignum crucis. vt mali terreant boni cō gre-
gentur. Vel ſignū id eſt ſtigmata vulnerū. Zach.
xij. Videbūt in quem trāſfixerunt. Sed an mate-
rialis crux ibi apparebit cū materiali lancea. qui-
dam putant ꝙ ſic. Sed Chriſ. dicit. per ſignum fi-
lij hominis non crucem ⁊ lanceā materialem fore
intelligendum: ſed ip̄m chriſtum habentē in cor-
pore ſuo ſigna ſue paſſionis. Vel pōt dici ſignuꝫ
crucis fore in celo. q̄ ſignū crucis impſſuꝫ erit in
frontibus viroꝝ celeſtiū ad preſagiū eterne ſaluta
tionis. Ezech. ix. Signū thau in frontibus eoruꝫ.
in reprobis vo non ⁊c. Scḋo aptus alter liber
cōſcientiarū Hiero. Erunt facta nr̄a quaſi in tabu
la depicta. Greg. Corpora erunt ſicut vaſa vitrea.

Tertius liber predeſtinationis q̄ modo eſt clau
ſus. Quartus liber vite. id eſt chriſtus cuius vir
tus manifeſtabit in cognitione oīum ſecretorum.

Jn ſumma pñtis euāgelij agit de iudicio. ⁊ tan
gunt tria ex eo. q̄ tres ꝑſone req̄runt ad iudiciuꝫ.
Primo iudex cū dr̄. Cū venerit filius hoīs. Scḋo
accuſatores cum dicit. Et oēs angeli eius. Tertio
reus. vt ibi. Congregabuntur omnes gentes.

De primo dicit. Jn illo tp̄e. ſcꝫ feria tertia poſt
palmarū. cum exiuit xp̄s de templo ⁊ ſedit in mō
te. Tunc predixit ipſis diſcipulis iudicium futu-
rum dicens. Cum venerit filius homis. i. chriſtus
Nā ſm Augꝰ. in forma humana iudicabit. in qua

UVA. BHSC. IyR_034_1

iudicatūs eſt. Joh.v. Pater omne iudiciū dedit fi
lio. De h̄ iudicio dicit ṗs.cxviij. Juſtus es dñe et
rectū iudiciū tuū. Reuera rectū. Nā ſm̄ Jſid. q̄t-
tuoꝛ modis coꝛrumpit̄ iudiciū.ſ. timoꝛe amoꝛe ⁊
odio ⁊ munere. Pꝛimo iudiciū xp̄i nō coꝛrum
pit̄ timoꝛe: qꝛ oīm potētiſſimus eſt. Matt. vl. Da
ta eſt mihi omis ptās in celo ⁊ in terra. Et Heſter
xiij. Dñe in ditione tua cūcta ſunt poſita. Jō Job
xxij. Nunq̄d timēs arguet te. ⁊ veniet tecū ad iu-
diciū. Jmmo quāto potētioꝛes erūt tāto durius
iudiciū ſuſtinebūt Sap.vj. Potētes potēter toꝛ-
mēta patient̄. Scd̄o iudiciū xp̄i nō coꝛrūpitur
amoꝛe. qꝛ iuſtiſſimus eſt. iō cōtra frēs ſuos. ſcȝ fal
ſos xp̄ianos ſententiam ꝓferet. ⁊ nihil ꝓderit eis
allegare fraternitatē.ſ. ꝙ ſit frater eoꝝ. ṗs.xlviij.
Frater nō redimet. ſcȝ xp̄s. redimet hō: quaſi di-
ceret nō. ⁊ nō dabit deo placatōem ſuā. i. nō ꝓdeſt
p̄ctm multiplicitas. ⁊ p̄ciū redēptionis aīe ſue.
id eſt precioſitas ſanguinis xp̄i. Jō ṗs.cxliiij. Ju
ſtus dñs in oibus vijs ſuis. Tertio non coꝛrum
pit̄ odio: qꝛ optimus eſt. Sap.xj. Diligis omia q̄
ſunt ⁊ nihil odiſti eoꝝ q̄ feciſti. Nā cū doloꝛe ⁊ cō
paſſione punit. Jſa.j. Heu cōſolaboꝛ ſuꝑ hoſtibꝰ
meis ⁊ vindicaboꝛ de inimicis meis. Hic dic̄ glo
ſa. ꝙ moꝛe pij p̄ris punit ⁊ plangit. Quarto non
coꝛrūpit̄ munere. qꝛ ditiſſimus. Pꝛouer.vj. Non
ſuſcipiet ꝓ redēptione alicuius dānandi munera
plurima. Quia dicit ṗs.cxj. Gl'ia ⁊ diuitie in do-
mo eius. Vñ Ber. Veniet dies illa in q̄ plus va-
lebunt pura coꝛda q̄ȝ aſtuta v̄ba. ⁊ cōſciētia bona
q̄ȝ marſupia plena. Quinto nō coꝛrumpit̄ pꝛeci
bus. Pꝛouerb.vj. Nō acq̄eſcet cuiuſq̄ȝ p̄cibus ⁊c̄.
Aug. Expectat̄ dies iudicij. ⁊ aderit equiſſimꝰ iu
dex q̄ nullius potētis ꝑſonā accipiet. iō ṗs.cxviij.
Cognoui dñe qꝛ equitas iudicia tua. Dixi ſcd̄o
ꝙ in p̄nti euāgelio innuit̄ q̄ erūt accuſatoꝛes in iu
dicio.ſ. angeli. cū dicit. Et oēs angeli eius cū eo. q̄
ſcȝ fuerūt nobis ad cuſtodiā deputati. tales erunt
nr̄i accuſatoꝛes. ſciētes omia mala q̄ pctōꝛes fece
rūt. ⁊ ipſos grauiter accuſabunt. Job.xx. Reuela
bunt celi. i. ꝑſone celeſtes iniquitatem eius.

Sciendū tñ p̄ter illos accuſatoꝛes ſūt ⁊ alij tres
accuſatoꝛes. ſcȝ diabolus. totus mūdus. ⁊ ꝓpꝛiuȝ
ſcelus. Pꝛimus accuſatoꝛ diabolus eſt. Vnde
Aug. Jn iudicio aduerſarius dicet. Equiſſime iu
dex iudica illū eſſe meū per culpā q̄ tuus eſſe no-
luit per grām. Tuus per naturā. meus ꝑ miſeriā.
Tuus ꝑ paſſionē. meus per ſuaſionē. Tibi inobe
diens. mihi obediēs. A te accepit immoꝛtalitatis
ſtolā. a me accepit penoſam tunicā. Tuā veſtē di-
miſit: cū mea huc venit. Jō iudica eū mecū dam
natū. De hoc accuſatoꝛe dr̄ Apocal'.xij. Pꝛoiectꝰ
eſt accuſator fratrū nr̄oꝝ. Scd̄s accuſatoꝛ ē to-
tus mundus. Hugo de ſcō victoꝛe. Celum dicet.
ego lucē ſibi miniſtraui ad ſolaciū. Aer dicet. ego
omne genus auium ſibi dedi ad obſequiū. Aq̄ di
cet. Diuerſa genera piſciū ego ſibi dedi ad vſum.
Terra dicet. Ego panē ⁊ vinum dedi ſibi ad nutri
mentū. Jdeo ignis clamabit. A me cōburat̄. Aq̄
in me ſubmergat̄. Aer in me ventilet̄. Terra a me
abſoꝛbeat̄. Jnfernus a me deglutiet̄. Sap.v. Ar-
mabit oēm creaturā ad vltionē ꝯtra inſenſatos.

Tertius accuſatoꝛ erit ꝓpꝛium ſcelus. Nā oīa
peccata q̄ mō ſunt occulta reuelabunt̄. Matt.xj.
Nihil opertū qd̄ non reuelabit̄. ⁊ occultū qd̄ non
ſciatur. Nā tinea veſtimentoꝝ accuſabit ſuꝑbum.
Erugo metalloꝝ accuſabit auarum. Merces de-
fraudata pauperum accuſabit tyrannuȝ. Jaco.v.
Diuitie veſtre putrefacte ſunt. ⁊ veſtimēta vr̄a a ti
neis ꝯmeſta ſunt. aurū ⁊ argentū veſtrū erugina-
uit. ⁊ erugo eoꝛum vobis in teſtimoniū erit. Et in
fra. Ecce merces operarioꝛū que defraudata eſt a
vobis clamat ⁊ clamoꝛ eoꝛū in aures dñi ſabaoth
introiuit. Et edificiuȝ accuſabit vſurariū. Abacuc
ij. Lapis de pariete clamabit. ⁊ lignū qd̄ inter iū-
cturas edificioꝝ eſt reſpondebit. Dixi tertio po
nūtur rei peccatoꝛes dicēs. Tūc ſedebit ſuꝑ ſedeȝ
maieſtatis ſue.ſ. in nube Luce.xxj. Et tūc videbūt
filium hominis venientē in nube. Et Jſa.vj. Vi-
di dñm ſedentē ſuꝑ ſolium excelſuȝ. Et ꝯgregabū
tur ante eum omēs.ſ. boni ⁊ mali q̄ fuerunt a pri
mo homine vſq̄ȝ ad vltimum. ij. ad Choꝝ.v. Oēs
ſtabimus añ tribunal xp̄i.ſ. in valle ioſaphat. de q̄
Johelis.iij. Cōgregabo omnes gētes ⁊ deducam
eos in vallē Joſaphat. ⁊ ſeparabit eos ab inuiceȝ
ſicut paſtoꝛ ſeparat oues ab hedis. Sepabit eos
ſicut ſacerdos legalis lepꝛoſuȝ ⁊ immundū a mū
dis. Figurat̄ Nume.xij. Soꝛoꝛ moyſi fuit eiecta
ꝓpter lepꝛam extra caſtra. Spūaliter. Sic impij
eijcientur de medio iuſtoꝝ. ne fetoꝛe peccati alios
coꝛrumpāt. Et ſicut Ozias lepꝛoſus ſtatim de hie
ruſalem eijcit̄. ij. Paral'.xxvj. ſic peccatoꝛes a con
ſoꝛtio iuſtoꝛū. Et ſicut zizania colligit̄ in faſcicu-
los ad cōburendum Mat.xiij. ſic peccatoꝛes col-
ligunt̄ in ignē eternū. qꝛ modicum fermentū totā
maſſam coꝛrūpit. j. ad Choꝝ.v. Jtē ſeparabit eos
ſicut iuſtus iudex ſeparat malos a bonis. vt boni
ſecurius q̇eſcant. Mat.xiij. Mittet angelos ſuos
vt colligāt de regno eius oīa ſcandala. ⁊ eos q̄ faci
unt iniq̄tatē ⁊ mittet eos in caminum ignis ⁊c̄. Et
ſubdit. Et ſtatuet oues a dextris: hedos aūt a ſini
ſtris. Chꝛiſ. Per oues intellige iuſtos. Matth.x.
Ecce ego mitto vos ſic̄ oues in medio lupoꝛū ⁊c̄.

Nota iuſtus comꝑatur oui quintuplici de cau-
ſa. Pꝛimo qꝛ eſt tractabilis ad radēdū. ṗs.lxxvij.
Deduxiſti ſicut oues ppl'm tuum. Sic boni tra-
ctabiles ſunt qꝛ p̄latis humiliter obediūt Joh.x.
Oues mee vocē meā audiūt ⁊ ſequunt̄ me.ſ. obe-
diendo. Scd̄o rōne fructuoſitatis. Joh.xv. Elegi
vos vt fructū afferatis ⁊c̄. Nā oē qd̄ ꝓcedit de oue
fructiferū eſt. ſcȝ lac. lana. caro. ⁊ ſtercoꝛa. ⁊ ſic oīa
oꝑa nr̄a debent eſſe fructifera. j. ad Choꝝ.x. Om-
nia quecunq̄ȝ facitis in noīe dñi. Tertio ouis eſt
animal manſuetuȝ vt nec dentibus moꝛdeat: nec
coꝛnibus feriat. Et ſic iuſti debēt eſſe māſueti. ṗs.
xxxvj. Māſueti hereditabūt terraȝ. Quarto ouis
eſt animal patiens. ⁊ ſic iuſti. Luce.xxj. Jn patiē-
tia vr̄a poſſidebitis aīas vr̄as. Quinto dñm ſuum
veſtit ⁊ cibat. Et ſic boni. Jſa.lviij. Cū videris nu
dum operi eum. Jtem per hedos intelliguntur
mali ⁊ peccatoꝛes. Nam plures habēt ꝓpꝛietates
hedi. Pꝛimo hedus eſt animal fetiduȝ. in quo ſi-
gnificat̄ pctm̄ luxurie. Nā luxurioſus fetet coꝛam
deo ⁊ angelis eius. Jſai.xxxiiij. De cadaueribus

UVA. BHSC. IyR_034_1

17

eoꝝ̄ aſce̾det fetoꝛ. Scđo hedus eſt velox curſu.
Sic pctõꝛes veloces ſūt ad malū. Pſ.xiij. Velo-
ces pedes eoꝝ̄ ad effūdēdū ſanguinē. Tercio ē
aīal alta petēs. Et ſic mali ꝑ ſupbiā. Pſ.cvj. Aſcē
dunt vſqꝫ ad celos ⁊ deſcendunt vſqꝫ ad abyſſos.
Quarto eſt anial infructuoſum. Et ſic pctõꝛes.
Ad Rom.vj. Stipēdia pcti moꝛs. Quinto he-
dus habet acutū viſum. ſic pctõꝛes in cõcupiſcen-
tia oculoꝝ̄. Prouerb.xv. Oculi ſtultoꝝ̄ in finibꝰ
terre. Stulti ſunt auari qui oīa poſſidere cupiunt
vſqꝫ ad fines terre. Et tales hedi ſtatuent̃ a ſiniſtris
Oꝛigenes. Qui dextera opa habēt a dextris ſtatu
ent̃: mala v̾o a ſiniſtris. Tunc dicet his qui ſunt a
dextris. Venite bn̄dicti pr̄is mei: poſſidete paratū
vobis regnū a cõſtitutione mūdi. Rabanus. Pro
pter opa bona dabit̃ eterna bn̄dictio. Prouer. Be
nedictio dn̄i ſup caput iuſti. Chꝛiſ. Poſſidete ⁊ nõ
accipite: qꝛ dat̃ eis in hereditatē. Sap.v. Accipiūt
regnū decoꝛis ⁊ dyadema de manu dn̄i. Sed di
ceres. Quare prius remunerant̃ boni qꝫ mali dam-
nantur. Reſpondetur vt mali de amiſſione boni
magis crucientur. ⁊ boni de euaſione damnatõis
magis letent̃. Tūc tangit cauſam poſſidēdi dicēs
Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mādūcare. Sitiui ⁊ dedi-
ſtis mihi bibere. Hoſpes erā ⁊ collegiſtis me. Nu
dus eram ⁊ coopuiſtis me. Infirmus eram ⁊ viſi-
taſtis me. In carcere eram ⁊ veniſtis ad me. Aug.
in primo libꝛo omeliaꝝ. Tacet dn̄s oīa facta iuſto
rum ⁊ oīa mala iniquoꝝ. ⁊ ſolū laudat elemoſynā
et vituperat auariciā. qꝛ oīa pctā redimunt̃ ꝑ ele-
moſynā. Dan.iiij. Peccata tua elemoſynis redi-
me. Cum hoc tn̄ cuncta q̄ fiunt adducet dn̄s ad iu
diciū. Eccl'ſ vlt. Sed diceres. quare tm̄ de operi
bus miſcðie ꝓfert̃ ſnīa regis. Reſpõdet̃ primo ꝓ-
pter diuine ꝓꝓꝛietatis naturalem charitatē. Nam
quicquid alicui eſt ꝓꝓꝛium ⁊ naturale hoc natura
liter diligit: in hoc delectat̃: de hoc loquit̃ ⁊ opat̃. ⁊
alios obſeruare hoꝛtat̃. Sed deo xp̄o ſm Grego.
ꝓꝓꝛium eſt ſemꝑ miſereri ⁊ parcere. qđ ptꝫ: qꝛ ꝑ vi-
ſcera miſcðie viſitauit nos oꝛiēs ex alto. Lu.j. Su
ſtinuit nos ne moꝛeremur in pctõ. Tren.iij. Miſe
ricoꝛdia dn̄i magna. qꝛ nõ ſamus cõſumpti. qꝛ nõ
defecerūt miſeratões eius. Redemit nos ne dam-
naremur. Pſ.xxxij. Miſericoꝛdia dn̄i plena ē ter
ra. Hanc tenuit. hanc in euāgelio docuit. ergo eaꝫ
a nobis querit. Scđo ꝓpter hoīs naturalē ꝓꝓꝛie
tatē. Nam oīs homo naturaliter appetit ſibi miſe
ricoꝛdiā exhiberi eo ꝙ indiget. ⁊ nemo ſibi ſuffici-
ens ſit. ergo de iure nature. qđ tibi nõ vis fieri aliꝫ
nõ fac. ⁊ qđ tibi vis fieri alijs fac. Iaco.ij. Iudiciū
ſine miſcðia illi qui non facit miſcðiam. Tercio
qꝛ hoc opus ꝑ ceteris facilius eſt. nec quiſqꝫ põt ſe
excuſare de hoc. Math.x. Quicūqꝫ potum dede-
rit vni ex minimis iſtis calicē aque frigide nõ per
det mercedē ſuā. Quia duplicia ſunt opa miſcðie
vt habet̃. xlv. diſ. c. due ſunt. ſcꝫ coꝛpalia ⁊ ſpūalia.
Modo ſi nõ habes coꝛpoꝛale: tunc ſaltē imparti-
re ſpūale. Vnde verſus. Conſule. caſtiga. ſolare.
remitte. fer. oꝛa. Et etiā ſanctus Tho. in ſcđa ſcđe.
q.xxxij. Quarto ꝓpter magnam ingratitudinis
impietatē. Docuit em̄ Luce.vj. Date ⁊ dabit̃ vob
dimittite ⁊ dimittet̃. quaſi diceret. dedi multa. di-

miſi infinita. vos aūt fuiſtis ingrati. ergo ite in ig-
nem eternum. Subdit. Tunc rn̄debunt iuſti di
centes. Dn̄e qn̄ vidimus te eſurientē ⁊ pauimus.
Sitientē ⁊ dedimus tibi potum. Qn̄ aūt te vidi-
mus hoſpitē ⁊ collegimus te. aut nudū ⁊ cooperu
imus te. Infirmū ⁊ venimus ad te. Rabanꝰ. Hoc
dicunt nõ diffidentes de verbo dn̄i. ſꝫ ſtupentes de
tāta ſublimatõe ⁊ de maieſtate ſue magnitudinis
qꝛ videbit̃ eis paruū bonū qđ egerunt. ſm illud ad
Rom.viij. Non ſunt cõdigne paſſiones huius tē-
poꝛis ad futurā gloꝛiā ⁊c̄. Oꝛigenes. Humilitatis
cauſa laude bn̄ficioꝝ̄ ſuoꝝ̄ indignos ſe ꝓclamāt
Et rn̄dens. Amen dico vobis. quicq̄d feceritis vni
de fratribus his meis minimis: mihi feciſtis. No
tāter dicit meis. qꝛ nõ de oībus fratribus ſꝫ de his
de quibus Math.xij. dr̄. Qui facit voluntatē pr̄is
mei. hic meus frater ſoꝛoꝛ ⁊ mater eſt. Et tales di-
cunt̃ frēs minimi rõne humilitatis. Chꝛiſ. Vbicū
qꝫ ſcis deuotos humiles ⁊ paupes compone cum
eis hereditatē tuā vt particeps ſis hereditatis eoꝝ
Tunc dicet his qui a ſiniſtris ſunt. Diſcedite a me
maledicti in ignē eternū: q̄ paratus eſt dyabolo et
angelis eius. De hac excluſione ⁊ ſepatione dicit
Chꝛiſ. Ponamus illud an̄ oculos quāti doloꝛis
eſt excludi ⁊ ꝓijci a regno celoꝝ̄. qđ vt mihi vide
tur grauius eſt ipſa gehenna. Nam ſi iſte ignis nõ
arderet ⁊ immoꝛtalis illa pena nõ eſſet parata. hoc
ſolum ꝙ alieni efficimur a xp̄o ⁊ excludimur a bo
nis eternis nõne omni pena cruciabilius diceret̃.
Et ſilr̄ ſanctus Aug. de illa gehenna ſic inquit ſer
mõe.xv. ad frēs heremitas. Caueamꝰ dilectiſſimi
ne veniamus ad illum ignē qui habet cruciationē
⁊ nullā luminis cõſolationē nec aliquā finalē ter-
minationē. Vnde idē ibidē dicit. Licet coꝛpa eoꝝ
ſūt paſſibilia ſunt tn̄ incoꝛruptibilia. ideo ab igne
patient̃ ⁊ tn̄ non cõſument̃. Vn̄ ſicut ſalamandra
viuit in igne materiali. ſic mali i igne infernali. Et
erit ibi finis ſine fine. moꝛs grauioꝛ omni moꝛte. ſꝑ
moꝛi deſiderātes ⁊ tn̄ moꝛi nõ poſſunt. Hugo. Eo
dem ſupplicio puniunt̃ dyaboli ⁊ hoīes. Hic ape
rite aures auari ⁊ diuites qui nudos nõ ſiniſtis ca
lefacere: eſuriētes recuſaſtis paſcere. O qꝫ immiſe
ricoꝛs ⁊ iratus iudex erit eis xp̄s. Ponat̃ caſus ꝙ
repꝛobi diceret. Dn̄e ſi nõ ſumus digni regnū tuū
poſſidere placeat tibi tn̄ vt ad pedes tuos poſſimꝰ
manere. Reſpõdebit. Diſcedite a me. Ponat̃ etiā
ſi dicant. Dn̄e ſi nos repellis a te tn̄ bn̄dictionem
tuam da nobis. Reſpõdebit. nõ ſed habeatis ma-
ledictionē meam. Ideo ſubdit̃. Maledicti ponat̃
vt ſi dicant. Dn̄e ſalteꝫ ad aliquē locum refrigerij
nos mitte. Rn̄debit. Non: ſed in ignē eternū. Po
nat̃ ꝙ dicant. ſaltē breuem terminū noſtre maledi
ctionis nobis pones. Rn̄debit. nõ: ſed eternū. Po
nat̃ ꝙ dicant. ſaltem aliquē dn̄m bonū nobis ꝑfici
as qui clemēter nos regat. Rn̄debit. qui paratus
eſt diabolo. nõ dicit vobis quia quilibet ſibiipſi pa
rat damnationē. Ponat̃ ꝙ dicant. ſaltem aliquam
bonā ſocietatē nobis adiunge qua poſſimus con-
ſolari. Reſpundebit. ⁊ angelis eius. quaſi diceret.
ꝓ dn̄o habeatis diabolum maioꝛeꝫ. ꝓ ſocijs vr̄is
demones minoꝛes. Sententia aūt iuſtoꝛum econ-
uerſo eſt. quibus dicet. Venite bn̄dicti ⁊c̄. Ac ſi di



UVA. BHSC. IyR_034_1

cat illis maledictis. Diſcedite a me. ⁊ iſtis benedictis. venite ad me. Illis dedi meam maledictionẽ ſed vobis meam bñdictionem. Ideo dicit. Venite bñdicti. Illos miſi in ignẽ eternum. vos introduco in regnum eternum. Ideo dicit. poſſidete regnum. Illis dixi vt maneant in igne ꝑpetuo. vobis dico vt maneatis in regno ꝑpetuo. qđ vobis paratum eſt ab origine mundi. Illis vt habeant principem diabolũ: vobis dico vt in principez habeatis patrẽ meum. ideo dicit. Venite bñdicti pr̃is mei. Illis dixi vt habeant in ſocios demones infernales. vobis dico vt habeatis in ſocios angelos meos celeſtes. Sequit᷑. Tunc ibunt hi in ſupplicium eternũ. ſcz mali ſine tardatione. Nota q̃tuor modis ſe aliquis iuuare conſueuit vt ſnia executioni nõ mandet᷑. Aut ꝑ appellationẽ. aut ꝑ ſupplicationem. aut ꝑ querelã falſam. aut ꝑ integrã reſtitutionem. Nullo aũt iſtorũ modorum damnati iuuare vel defendere ſe poterint quin illa ſnia executioni mandet᷑. Non ꝑ appellationez. q2 eorum crimina ſunt notoria. ⁊ in notorijs appellatio nõ habet locum. Hiero. Aderit dies illa in qua falſa facta noſtra q̃ſi in quadam tabula picta demonſtrabunt᷑. Non ꝑ ſupplicationẽ. q2 ſi oẽs ſancti ꝓ ipſis ſupplicarẽt deus nõ exaudiret eos. Hiere. xliiij. Noli orare pro ppl'o iſto in bonũ. q2 gladio fame ⁊ peſte cõſumam eos. Job. xlj. Non parcã ei verbis potẽtibus ⁊ ad dep̃candũ ꝯpoſitis. Non ꝑ falſam querelã vt dicãt ꝙ illa ſnia ſit lata ꝑ falſos teſtes. Job xij. Ipſe nouit decipientez ⁊ eum qui decipit᷑. Nõ ꝑ reſtitutionẽ integrã. vt. ſ. ad ſtatũ priſtinũ reſtituatur. q2 ſicut dr̃ ad Heb. vj. Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati ⁊ ꝓlapſi ſunt rurſus renouari ad pniam. Apoc. x. Jurauit angelus poſt h̃ tp̄s non erit tp̄us amplius. ſ. pnie ⁊ miſc'die. ſ3 iuſticie. Greg. O quãte anguſtie erunt tunc reprobis. Si reſpiciẽt ſurſum tunc vidẽt iudicẽ iratum. Si deorſum tunc vident infernũ eis p̃paratum. Si ad dexteram tunc vidẽt cõgregationẽ bonorũ a qua debent ſeparí. Si ad ſiniſtram tunc vident multiplicationẽ demonũ cũ quibus eternaliter debẽt cruciari. Si foris tunc vident mundũ ardentẽ in quo nõ debẽt ꝯſenerare. Si intus tunc vidẽt conſcientiam remordentẽ a qua ꝑpetue debẽt puniri. Miſer pctõr ſic app̃henſus vndiq3 erit in anguſtia poſitus. Tunc implebit᷑ illud Apoc. vj. Incipiẽt petris ⁊ montibus dicere. cadite ſuꝑ nos ⁊ abſcondite nos a facie ſedentis ſuꝑ thronum ⁊ ab ira agni. Tunc ibunt iuſti in vitam eternã. vbi ſ᷑m Innocẽtium eſt pax ſine ira. ſanitas ſine dolore. gaudiuz ſine merore. vita ſine morte. Ad quaz ꝑducat nos ieſus xp̄s ⁊c̃.

Feria tercia. Sermo xliij.

## Eiciebat omnes vendẽtes ⁊ emẽdes de templo. Joh. ij.

Cõſuetudo eſt regis ⁊ principis cum intrat ciuitatẽ. ſ. aliquam ſui regni. tunc maleficos ſolet acriter redarguere vt ꝯuertant᷑ in melius. Bonos ꝟo mediocriter cõmendare vt laudari ꝓficiant. et paupes opp̃ſſi ad eum refugiant ſibi cõquerendo de iniuria eis illata. Spũaliter. Sic rex regũ xp̄s ieſus hic venit in regnũ ſuum. ſ. in mundũ. Ideo paupes opp̃ſſi. i. pctõres debẽt habere refugiũ ad eum. de quo introitus miſſe. Dñe refugiuz factus es nobis a generatione in generationẽ. ⁊ conqueri debẽt de opp̃ſſione diabolica. inuocãtes eius miſericordiaz. Qđ facit eccleſia in collecta hodierna ſcz. Reſpice q̃ſ dñe familiam tuã: ⁊ p̃ſta vt apud te mẽs noſtra tuo deſiderio fulgeat que ſe carnis maceratione caſtigat. Et hoc refugium ad regẽ regum docet ep̃l'a hodierna q̃ ſcribit᷑ Iſa. lv. Querite dñm dum inueniri poteſt. inuocate eum duz ꝓpe eſt. Nam vnico verbo poteſt nos eripere de demonũ poteſtate. ideo ſubdit in epiſtola. Quõ deſcẽdit imber ⁊ nix de celo ⁊ illuc nõ reuertit᷑. ſed inebriat terram ⁊ infundit eam ⁊ germinare eam facit. ⁊ dat ſemen ſerẽti ⁊ panem comedenti ⁊c̃. Sic erit verbum meum qđ egrediet᷑ de ore meo. Non reuertet᷑ ad me vacuum: ſed faciet quecunq3 volui ⁊ ꝓſperabit᷑ in his ad que miſi illud. Et ſicut rex ꝑuerſos punit ⁊ redarguit. bonos ꝟo cõmendat. ſic rex noſter dñs ieſus xp̄s hir'lm ingrediens cecis ⁊ claudis qui ad eum in templo acceſſerunt dona ſanitatis copioſius condonauit. ſ3 ꝑuerſos ⁊ malos ſacerdotes ⁊ auaros qui ſe correctione eius emendare nõ curarunt abiecit ⁊ reprobauit. de quo thema. Eijciebat omnes vendẽtes ⁊ emẽtes de tẽplo

In ſumma euangelij tria innuunt᷑. Primo innuit᷑ ingreſſus regis laudabilis: ibi. Cum intraſſz ih̄s hir'lm. Scđo tangit᷑ exceſſus legis vituꝑabilis ibi. Scriptum eſt. domus mea domus orõnis vocabit᷑. vos aũt feciſtis illam ſpeluncam latronum Tercio ſubdit᷑ acceſſus ipſorum infirmorum placabilis: ibi. acceſſerunt ad eũ. De primo dicit. In illo tp̄e. ſcz in dñica palmarum cum ieſus deſcẽdiſſet de monte oliueti ſedens ſuꝑ aſinam appropinquauit hieroſolimã. quẽ turbe p̃cedentes ⁊ ſequẽtes clamabant dicẽtes. Bñdictus qui venit in nomine dñi. Et cum intraret ieſus hieroſolymã commota eſt vniuerſa ciuitas. id eſt maiores ciuitatis cõmouebant᷑ videntes hec. ⁊ mirabant᷑ ſ᷑m hiero. populi frequẽtiam. ⁊ neſciẽtes diuinam virtutem dixerũt. Quis eſt hic. q̃ſi diceret. Iſte nõ eſt talis nec tãtus ꝙ ſibi talia debeãt exhiberi. Vñ Chriſ. ſuꝑ matheũ. dicit. Merito aũt cõmouebant᷑ vidẽtes rem mirabilẽ. homo laudabat᷑ quaſi deus. ſed deus laudat᷑ in homine. Puto autẽ ꝙ nec ipſi qui laudabant ſciebant quid laudabant. Sed ſpũs ſubito ingreſſus in eos neſciẽte anima veritatis verba fundebat. hec ille. Conſimilẽ queſtionẽ fecerũt de ipſo. vt ait Origenes cum hieroſolymã celeſtẽ ingrediebat᷑ ipſi angeli dicentes. Quis eſt iſte rex glorie. Ad queſtionẽ ꝟo maiorum de ciuitate hieruſalẽ r̃ndit ppl's ſicut ſequitur. Populi aũt dicebant. Hic eſt ihesus ꝓpheta a nazareth galilee. ponunt iſti nomẽ eius dicẽtes. Hic eſt ieſus. i. ſaluator. Vñ Matth. j. dicit᷑. Ipſe ſaluum faciet ppl'm ſuum a pctis eorum. Et ponunt eius officium dicentes eum ꝓphetam ꝑ hoc innuit᷑ eum eſſe doctorem veruz a nazareth. qđ interp̃tat᷑ flos. Vñ Can. ij. Ego flos campi ⁊ lilium conuallium. Vbi hieronymus. Alijs aũt ambigẽtibus vel interrogãtibus vilis plebecula confitet᷑, quia hic eſt ieſus ꝓ-

UVA. BHSC. IyR_034_1

18

ꝓpheta a nazareth galilee. A minoꝛibus incipiūt vt
ad maioꝛa ꝑueniant. Pꝛophetam em̄ eum dicūt
quē moyſes ſui ſimilē dixerat eſſe vēturum. A na
zareth aūt galilee. quia ibi educatus fuerat vt flos
campi nutriret in floꝛe virtutum. hec ille. Sub-
dit. Et intrauit ieſus in templū. Chꝛiſ. ſuꝑ matth.
hoc erat ꝓpꝛium boni filij vt ad domum curreret
patris. ⁊ illi honoꝛē redderet qui genuit eum. Sic
⁊ tu imitatoꝛ xp̄i factus cum in aliquaȝ ingreſſus
fueris ciuitatē pꝛimū ad eccleſiā curras. Hoc etiā
erat boni medici ꝓpꝛium vt ingreſſus ad infirmā
ciuitatē ſaluandam. pꝛimum ad oꝛiginē paſſionis
intenderet. Nam ſicut de templo om̄e bonū egre-
ditur. ita de templo omne malū ꝓcedit. Si enim
ſacerdotiuȝ integrum fuerit tota eccleſia floꝛet. ſi
aūt coꝛruptum fuerit fides marcida eſt. Sic enim
cum videris arboꝛē pallentibus folijs intellige qꝛ
vicium habet in radice. Sic cum videris ppl'm in-
diſciplinatum ſine dubio cognoſce: qꝛ ſacerdotiū
eius nō eſt ſanum. Hec ille. Ideo intrauit in tem
plum coꝛrigere auariciam ſacerdotum q̄ in tēplo
magis exercebaꝛ. Pꝛo quo notandum. in ſerie
huius euangelij notaꝛ ꝙ xp̄s tria loca intrauit. ſcȝ
hieroſolymā: templū ⁊ bethaniā. ꝑ que loca tria ſi
gnificaꝛ mens humana: q̄ debet eſſe hieroſolima.
id eſt pacifica. qꝛ hieruſalem interp̄taꝛ viſio pacis.
⁊ ego q̄ audiui ab eo hec loquor in mūdo.q.d. ſm
Chryſ. Dico ꝙ habeo de vobis iudicare.ſ; h̄ diffe-
ro.nō ex potētia ſ; ex obedientia volūtatis patn̄e.
Nam q̄ miſit me verax eſt. Vñ cum ꝓmiſit mit-
tere ſaluatorē ⁊ ꝓpugnatorem.miſit me nūc ad ſal
uandum. Ergo qꝛ nō loq̄r niſi q̄ audiui ab eo. id̄o
loq̄r vobis ſalutaria. Vel ſic. Qui miſit me verax
eſt. Ego aūt loq̄r cōſona ei.id̄ loq̄r vera. Id̄ debet̄
mihi credere. Veritatē em̄ dico vobis.qꝛ filiꝰ ſum
veritatis. Sciēdū etiā ꝙ audire eum a patre ni-
hil aliud eſt q̄ ipm̄ eſſe a patre.qꝛ ab illo hꝫ audiē
tiam a quo hꝫ eſſentiam. Et attēdēdū ꝙ oēm glo-
riam dat deo patri vnicus filius vt nos clam iſtru
at exēplo ſuo.qꝛ ſi ipe q̄ eſt coeternus filius omnē
gloriam dat ei a quo ē.multo magis nos deū glo
rificare i opibus debemus cū ſui eiꝰ ſumꝰ. Et nō
cognouerūt.qꝛ patrē eiꝰ dicebat deum. hoc addit
euangeliſta vt oſtendat cecitatē eoꝝ.nōdū hēbāt
oculos cordis aptos q̄bꝰ ⁊ filij eq̄litatē intelligerēt
qꝛ carnales erant. Verūtn̄ multi iudeoꝝ in mor-
te eiꝰ crediderūt videntes miracula q̄ fiebant.vt hꝫ
Lu.xxiij. Silr̄ ad p̄dicatōz apl̄oꝝ poſt mortē eius

Dixi quarto tangitur vtilis fidei modificatio.cū
ſeq̄tur. Cū exaltaueritis filiū hois tūc cognoſcetis
qꝛ ego ſum. Vbi ſciendū modꝰ ſiue modificatō
q̄ ꝑuenit̄ ad fidē q̄ remediū dictū ē ꝯ pctm̄ ꝑſecuti
onis dī fore filij hois exaltatio ſiue crucifixio que
ꝑ iudeos cruci crudelit̄ aſſiſtentes facta ē. Et tunc
multi de iudeis crediderūt eū xp̄m eſſe.nō ſoluz ꝑ
gloriā reſurrectōnis ſue.ſ; etiam ſꝫ Chryſ.ꝑ penā
captiuitatis ⁊ deſtructionis iudeoꝝ.vel vt dictum
eſt multi iudeoꝝ videntes ſigna in paſſione domi
ni facta ꝑfecte crediderunt. Juxta illud Johā.xij.
Ego ſi exaltatus fuero a terra omnia traham ad
meipm̄. Ideo ſm Aug.crucis cōmemorat paſſio
nem vt det ſpem peccatoribus.vt.ſ.nemo deſꝑet



UVA. BHSC. IyR_034_1

in q̇cūq̧ etiā ſcelere ⁊ malo ſit cōſtitutꝰ.ex q̊ ipi
crucifigētes xp̄m ꝑ ſanguinē eiꝰ liberant̄ a peccatꝭ
Et a me facio nihil.ſicut me docuit pr̄ ita loq̊r ⁊c̄.
In duobꝰ aſſignat originē ſuā a pr̄e. Primo i his
q̄ facit.iō dicit. A me facio nihil. Joh.v. Nō pt̄ fi-
liꝰ a ſe facē q̇cq̄.ab illo ei ſibi ē opatio a q̊ ſibi ē ge-
neratio. Scd̄o in hiſ q̄ dicit.ꝫ ſic docuit.i.tradidit
mihi ſciam generādo me ſcēite.qꝛ cuꝫ ſit ſimplex
natura veritatis h̄ ē filio eſſe qd̄ noſſe. Johan.xvij
Mea doctrina nō eſt mea.q.d.ſic eſſe nō habeo a
me ꝫ a patre.ſic etiam doctrinā ſiue ſciam.Et ne i
telligat̄ ꝙ ſit miſſus a patre q̄ſi ab eo diſtinctꝰ.idō
addit docēdo eiꝰ inſeꝑabilitatē a patre.Et qui mi-
ſit me.ſ.ſm̄ humanitatē.mecū eſt.ſ.ſm̄ diuinitatē
⁊ nō relinq̇t me ſolum.Simul em̄ ſunt inſeparati
pr̄ ⁊ filiꝰ. Primo ꝑ eēntie vnitatē. Joh.ix.Ego in
patre ⁊ pr̄ in me ē.Scd̄o ꝑ amoris coniūctionem.
Joh.v. Pr̄ diligit filiū ⁊c̄.Et lꝫ ſic ſint ſil' tn̄ ſolꝰ fi-
lius miſſus ē.hoc ē ſolꝰ incarnatꝰ ē ſic ſolꝰ paſſus ē
Miſſio ei eiꝰ icarnatio ē.ad Gal.iiij. At vbi venit
plenitudo tp̄is miſit deꝰ filium ſuuꝫ ⁊c̄. Et vt aliq̄
vtar exēplo ꝓpēde. Sic aliq̄ arbor radium ſolis i
ſe ſuſcipiens ferro inciditur.cū tn̄ radiꝰ ſolis nec i
cidi poſſit nec ab arbore ſepari.ita deus pr̄ ⁊ ipa in
xp̄o diuinitas pati nō potuit.ꝫ ſola xp̄i hūanitas
paſſibilis fuit.Quis pr̄ miſit filium tn̄ nō receſſit a
filio.nec ecōuerſo. Idō ſeqtur.Et nō relīq̇t me ſo-
lum.qꝛ q̄ placita ſūt ei facio ſp̄.Per hoc tn̄ ꝙ ea q̄
patri placita fuerūt fecit nō ponit̄ ꝓ cā meritoria:
ꝫ ꝓ ſigno.Signū aūt ꝙ pr̄ ē cū filio ē illud ꝙ filiꝰ
facit q̄ patri placent. Idō bn̄ dr̄ puer.viij.Cū eo erā
cūcta ꝯponēs. Hec illo loq̄nte multi crediderūt in
eum.Ecce effectꝰ doctrine xp̄i q̄ ē cōuerſio multo-
rum ad fidem. Idō fides tm̄ ex auditu.auditus tm̄
ꝑ verbum dei.Meliores fuerunt hi multi moder
nis xp̄ianis q̄ nequaq̄ auditis de xp̄o p̄dicatōibꝰ
credere curant. Idō damnabunt̄.qꝛ q̄ nō crediderit
condēnabit̄ ⁊c̄.

Feria tercia Sermo xxix.

## Unus eſt eni magiſter

veſter xp̄s. Mar.xij. Lu.xx. Mat.xxiij.
Conſuetudo ⁊ ꝓprietas boni ſcolaris eſt
vt q̄rat magiſtrum illuminatū ⁊ vt ſit ei obediens
Sp̄ūaliter.⁊ ſic nos habemus mgr̄m xp̄m. Col'.ij
Omnes theſauri ⁊c̄. Vere illuminatus.ergo itro
itus q̄rit talem cū cantat. Tibi dixit cor meū exq̄-
ſiuit te facies mea. faciē tuam dn̄e req̄ram. Pſal.
Dn̄s illuminatio mea ⁊ ſalꝰ mea quem timebo ⁊c̄
Ergo i timore tene mandata eius. Et hoc petit in
collecta. Perfice q̄ſumus dn̄e i nobis benignꝰ ob
ſuantie ſubſidium.vt q̄ te auctore faciēda cogno-
uimus.te opante ipleamus.Et hoc fecit helyaſ.vt
ptꝫ i ep̄la.q̄ fuit obediens vadens ad mulierē ſare
ptenam. Simlr̄ ⁊ mulier que habuit modicū fari
ne ⁊ modicum olei eque bn̄ ꝓpter obedientiaꝫ dei
diuiſit helye.⁊ nō fuit diminuta farina nec oleum
iij. Reg.xvij.Ecce q̄ pius magiſter qui diſcipl'os
ſuos nō ſinit pati defectum.d̄ quo thema. Unus
eſt em̄ mgr̄ vr̄ xp̄s. In ſumma euangelij duo in
ſinuntur. Primo ponit exceſſum prelatoꝝ.Scd̄o
ſubdit informationem ſubditoꝝ ibi. Vos aūt no-
lite vocari rabbi ⁊c̄. De p̄mo dr̄. In illo tp̄e.ſ.cū
xp̄s interogauit iudeos de xp̄o cuiꝰ filiꝰ ſit.ipi non
potentes rn̄dere.⁊ ſic refutati.ait diſcipulis ſuis ⁊
turbis quomodo prelati excederent in tribꝰ. Prio
ꝙ ſubditos verbis ⁊ exemplis nō inſtruūt. Scd̄o
ꝙ ſubditis fortia onera imponunt ⁊ ſibi leuia. Ter
cio ꝙ de ptāte ſibi collata ſuꝑbiunt. De primo ait.
ſuꝑ cathedram moyſi. Glo.i.doctrinā quam moy
ſes docuit. Sederūt ſcribe ⁊ phariſei quaſi in ma-
gno honore ꝫ nō in ope. Chryſ. Videte quō ſede
atis.quia non cathedra facit ſacerdotē.ꝫ ſacerdos
cathedram.nō locus ſanctificat hominem ꝫ hō lo
cum. Subdit. Omnia quecunq̧ dixerint vob̄. id
eſt ad vtilitatem veſtram.ſeruate.ſ.corde.⁊ facite.ſ.
opere.ſm̄ v̄bo opera eoꝝ nolite facere. Bern̄. Mul
ti multa ſciunt ſeip̄os neſciunt.alios docēt ⁊ ſeip-
ſos negligunt. Glo.interlinearis. Doctrinā ſerua.
vitam eoꝝ vita.qꝛ opa eoꝝ mala. Chryſ.ſuꝑ Ma-
theum.ponit tria exempla. Primū.t̄ra fert aurū
p̄cioſum q̄ tamen eſt vilis ⁊ calcat̄ pedibus. ⁊ auꝝ
eligit̄ t̄ra relinq̇tur.Et ſic vos doctrinam recipite.
mores relinq̇te ⁊ nō contemnite ꝓpter immūdam
eoꝝ vitam.Et v̄bum dei dr̄ auꝝ qꝛ incorruptibile.⁊
ſic v̄ba dei ſuāt hominē a putrefactōne pcti. Ps̄
In corde meo abſcondi eloq̄a tua vt nō peccē tibi
Scd̄m exēplū. Herba amara multotiens fert flo
rem delectabilē.⁊ apis dimittit herbam ⁊ colligit
florem. Sic lꝫ p̄latus amarꝰ in rancore.tamē flo-
rem v̄bi dei ꝓponit.qꝛ ſicut flos p̄ducit fructum.
⁊ ſic v̄bum dei. Jaco.j. Voluntarie nos genuit v̄-
bo veritatis. Terciū exemplū. Roſa de ſpina orit̄
⁊ ſic p̄latꝰ lꝫ ſit auarꝰ. Lu.viij. Diuitie ſpine ſūt.tn̄
roſam v̄bi dei ſua.Et v̄bū dei dr̄ roſa rōne dulcis
odoris. Ps̄. Quam dulcia faucibus meis eloq̄a
tua dn̄e ⁊c̄. Quartū.ſicut margarita p̄cioſa inue-
nit̄ in conchis marinis ⁊c̄.⁊ ſic v̄bū dei. Math.vij
Nolite margaritas ꝓijcere ⁊c̄.ergo v̄bum dei nō
eſt ſpernendum a malo ſacerdote. Quintū exem-
plum.ſicut vnus nō ſpernit nuncium dn̄i lꝫ veniat
ſciſſis veſtimētis.qꝛ nō accipit eū ꝓpter ſe ꝫ propt̄
dn̄m.⁊ ſic nec malū ſacerdotē q̄ miſſus eſt a dō. ad
Rom.x. Quō p̄dicabunt niſi mittant̄ ⁊ portēt me
moriam dei. Ps̄.lxvij.dominꝰ dat dat verbū euā
gelizātibꝰ v̄tute multa. Ezech.iij. Nolūt audire te
qꝛ nolūt audire me. Omnis q̇ppe domus iſrl' at-
trita fronte eſt ⁊ duro corde. Ergo ſi audiēdi. Sub
dit rōnem.dicūt ⁊ nō faciūt.i.nō cōcordat v̄bis do
ctrine vita eoꝝ. Chryſ. Pacem alijs dant ⁊ ipi met
nō hn̄t. Fidem p̄dicant ⁊ infidelit̄ agūt. Verita-
tem laudant ⁊ mēdacia diligūt. Auariciā caſtigāt
cupiditatē exercent. Sil'es ſunt manibus i via.cā-
panis in eccl'ia.fabris arche noe. Conſideremꝰ p̄-
dicatores.doctores.magiſtros.ſacerdotes.religio
ſos.iudices.iuratos ciues. immo omnes chriſti-
colas.vtrum nō verificet̄ de eis hoc.dicūt ⁊ non fa
ciūt. Ps̄.xj. Quoniam defecit ſctūs.diminute ſūt
veritates a filijs hominum.vana locuti ſunt vnuſ-
q̄ſq̧ ad p̄ximum ſuū.labia doloſa in corde.ſ.cum
os aliō loq̇tur.cor aliud machinat̄. ad Roma.ij.
c. In quo alteꝝ iudicas teip̄m cōdemnas. Sic cā-
dela alijs lucens ſeip̄m cōſumens . ſic p̄lati alios
v̄bo xp̄i viuificant.⁊ ſeip̄os mortificant. alios ſal-

UVA. BHSC. IyR_034_1

nāt.ſeſpos damnant. ſicut dr̄ xp̄o. Matth.xxvij.
Irriſorie. Alios ſaluos fecit ſeipm̄ nō pt̄ ſaluū fa
cere. vn̄ Aug. Bn̄ docere ⁊ male agere eſt lingua ꝓ
pria ſe condemnare. In q̇bus implet̄ illd̄ Geneſ.
xxvij. Vox q̇dem iacob.i. ſupplātatoris. manus
.i.opa eſau.i.veritatis. Ergo verꝰ ꝓlatꝰ vbo ⁊ opere
dꝫ docere. Act.j. Cepit ih̄s facere ⁊ docē. Vn̄ dum
vox vite nō diſcordat dulcis eſt ſimphonia.ſ.p̄di
catoris. Et Mat.v. Qui fecerit ⁊ docuerit hic ma
gnꝰerit in regno celoꝝ. Sꝫ heu plures ſic dicūt cō
tra docentes. Cū hoc delictū cōmittit p̄latus nr̄.
nō eſt hoc aduertendū. ſꝫ in ꝓpria v̄tute vel cōſcia
confitendū eſt. qꝛ de p̄latis dr̄ ad Rom.ij. Qui er
go aliū doces teip̄m nō doces. Qui p̄dicas nō fu
randū furaris. nō mechandū mecharis ⁊c̄. eſtimaſ
ꝙ fugias iudiciū dei. q.d. nullo mō. qꝛ de q̄nto gra
dus altior. de tanto caſus ꝓfundior. Scd̄s exceſ
ſus erat ꝙ ſubditis fortia onera imponūt ⁊ ſibi le
uia. Id̄o ſubdit. Alligant hoībꝰ onera grauia ⁊ im
portabilia.ſ. onera legis. de q̇bꝰ Act.xv. dixit petrꝰ
Qt q̇d vultis imponere iugū ſup ceruices diſcipu
loꝝ. qd̄ neqꝫ nos neqꝫ p̄res nr̄i portare potuimꝰ vt
fuerūt onera decimaꝝ. vn̄ Math.xxiij. Ve vobis
ſcribe ⁊ phariſei q̇ decimatis mentā ⁊c̄. ⁊ reliquitis
q̄ grauiora ſūt legis iudiciū ⁊ miſicordiā ⁊ fidē. Et
hoc fecerūt vt alios allicerent ad dandū decimas
Iſti figurant̄ p Roboam.iij. Reg.xij. Pr̄ meꝰ ceci
dit vos flagellis. ego aūt cedā vos ſcorpionibꝰ. qd̄
tm̄ nō dꝫ fieri. Tribꝰ em̄ de cauſis ſm̄ Chryſ. peni
tētia grauis nō eſt imponēda. Primo ꝓpter maiꝰ
piculū. qꝛ ſepe talis hō pniam ſibi datā ꝓijcit. ⁊ tā
q̄ deſparꝰ ad pctm̄ redit. vtꝫ in exēplo. Si faſcē ſup
adoleſcētē poſueris importabilē. aut proijcit aut
ſuccūbit. Scd̄a rō Chryſ. ꝓpt̄ vitandū dei iudiciū
Nā meliꝰ eſt reddere rōnem de mia q̄ȝ de crudeli
tate. Iaco.ij. Iudiciū ſine miſcd̄ia fit illi q̇ nō fac̄
miſcd̄iam. Ergo miſicors confeſſor p̄t dicē illud
pſ̄.xxxix. Nō abſcōdi miſcd̄iam tuam a concilio
multo. Tu aūt domine ne longe facias miſcd̄ias
tuas a me ⁊c̄. Ac ſi dicēt. Sic̄ feci alijs ſic fac ⁊ mi
hi. Tercia ꝓpt̄ liberalem dn̄m. ſm̄ Chryſ. Vbi.n.
paťfamilias largꝰ ē diſpēſator. nō dꝫ eſſe auarꝰ mi
niſter. Id̄o Chryſ. Circa vitam tuam eſto auſterꝰ.
circa alioꝝ benignꝰ. Audiant te homies pua man
dantē ⁊ grandia facientē. ad Gal.vj. Fratres ſi ho
mo p̄occupatꝰ fuerit i aliq̇ delicto vos q̇ eſtis ſpūa
les hmōi inſtruite in ſpū lenitatis. Et ſubdit. Alt̄
alter alterıꝰ portate ⁊c̄. ⁊ ſic adīplebitis legem chriſti
Vnde v̄ſus. Confeſſor mitis affabil̄ atqꝫ benignꝰ.
Sit ſapiēs iuſtus ſit dulcis compatienſqꝫ. Vt ꝓ
ꝓprium crimen celetqꝫ pctā eoꝝ. Debet nanqꝫ eſſe
ſamaritanus. de quo Lu.x. Unde verſus. Infun
dat oleum mulcens vinumqꝫ flagellas. Nūc v̄gaꝫ
patris. nūc porrigat vbera matris. Exemplo pr̄is
qui occurrit filio prodigo Luce.xv. Tercius ex
ceſſus erat ꝙ de poteſtate ſuperbierant ⁊ de opere
Ideo ſubdit. Omnia opera faciunt vt videant̄ ab
hominibus.i. gloriam hominū querunt. Dilatāt
aūt philateria ſua.i. cartas decalogi. Ideo Hiero
nymus dicit. Philaterium dicit a philaxe.i. ſua
re. ⁊ theron quod eſt lex. quaſi conſeruatoria legis
quia ſcribebant decalogū in magnas cedulas frō
tiſ impoſitias. vt pre cetert̄ religioſiores appareret̄
male interpretantes illud Deut̄.vj. Ligab ea q̄ſi
ſignum in manibus tuis. ⁊ erunt ſemper ante ocu
los tuos. cum ſpūal̄r manus ſit operatio. ⁊ oculi
ſint ip̄a meditatio. Et magnificāt fimbrias. Licet
em̄ omnes iudei in quatuor angulis pallioꝝ por
tabant. iuxta preceptū moyſi. Num̄.xv. ⁊ Deute.
xxij. phariſei tamen ferebant grandes fimbrias. ⁊
ſpinas ligabant in eis que eos eundo vel ſedendo
pungerent. vt ſic recolerent bn̄ficia dī. ⁊ hoc totuꝫ
faciebant ad oſtentationem. Sicut adhuc aliq̇ ge
rentes hitum vilem ad hominū laudem. de q̇bus
Math.vij. Attendite a falſis ꝓphetis q̇ veniūt ad
vos in veſtimentis ouium. intrinſecus aūt ſunt lu
pi rapaces. Nam dr̄ Eccli.xix. Eſt q̇ neq̇ter ſe hu
miliat. ⁊ interiora eius plena ſunt dolo. Tūc ſub
dit de eoꝝ ſupbia cordis. Amant em̄ p̄mos recu
bitus in cenis. vt ſic p̄ncipaliores videantur. ⁊ pri
mas cathedras in ſinagogis ⁊ ſalutatōnes i foro.
Nā hoīes tripl̄r cōueniunt. vel ad tractādū carna
lia ſicut in cenis. vel ſpūalia ſicut in ſinagogis. vl̄
etiā tpalia ſicut in foro. Et in oībus his volebant
phariſei p̄ncipatū hr̄e ⁊ gl̄iam in publico q̄rebant
ſibi exhiberi. Id̄ ſubdit. Et vocari ab hominibus
rabbi. Chryſ. Vocari volunt nō eſſe. nomen ap
petunt ⁊ officiū negligūt. Nā deſiderare ſcientiaꝫ
⁊ actū docendi nō eſt malū ſꝫ meritoriū. ſꝫ deſidera
re nomen tm̄ h̄ eſt malum ⁊ ſupbie peccatū. Si tā
tū deſideret̄ nomen ⁊ autoritas magiſterij ad hoc
ꝙ ſcia iam habita aliq̇s poſſit melius vti nō ē ma
lum ſꝫ eſt bonum. qꝛ bonus doctor dꝫ inq̇rere illa
q̄ faciunt efficatiā ſue doctrine. Dixi ſcd̄o ſb̄dit
informationē ſubditoꝝ dicēs. Vos aūt nolite vo
cari rabbi.i. nolite appetere ſciam rōne vane lau
dis. Iaco.iij. Nolite plures mgr̄i fieri.i. nolite vo
bis aſcribere vel alijs attribuere autoritatem ſciē
tie. qꝛ homines docēt miniſterio. deus aūt infun
dit lumen ſapie. Id̄o ſeq̇tur. Vnus eſt em̄ magi
ſter.ſ. autoritate.ſ. q̇ illuminat hominē interiꝰ. qd̄
alius nō pōt. pſ.lxx. Deꝰ docuiſti me a iuuentute
mea ⁊c̄. Vn̄ Chryſ. Si aūt hō hoiem erudiret eos
hoīes diſcerent qꝛ doctores hn̄t. nunc aūt quia nō
homo docet ſꝫ deus. id̄ multi docentur ſꝫ pauci di
ſcunt. Hec ille. Omnes em̄ frēs eſtis. Vbi diſſua
det appetitū laudis rōne ptātis. Nullus em̄ dꝫ ſi
bi vſurpare ptātem ſup aliū niſi vocatus tanqꝫ aa
ron. qꝛ oēs equales ſumꝰ frēs ab vno.ſ. deo facti. ⁊
ab vno.ſ. adam geniti. ad vnā hereditatē vocati.ſ.
regnū celoꝝ. Et patrē nolite vocare ſup terrā. vnꝰ
eſt em̄ pr̄ vr̄ qui in celis eſt. q.d. Autoritatē generā
di ſiue carnaliter ſiue ſpūal̄r nolite alicui terreno
pr̄i aſcribere ſꝫ deo. Malach.ij. Nunq̇d nō ē vnꝰ
pr̄ oim nr̄m. Vn̄ Chryſ. ſup Math. In mōo em̄
q̄ȝuis hō hoiem generat. tm̄ vnus eſt pr̄ q̇ oēs crea
uit. Nō em̄ initiū vite hoīs ex pentibus. ſꝫ trāſituꝫ
vite p eos accepimus. Hec ille. Nec vocemini ma
giſtri. qꝛ mgr̄ veſter vnus eſt xp̄s. Sꝫ di. ex quo
opera trinitatis ſunt indiuiſa vt dicit Augu. de tri
ni.li.j. Et xp̄us dixit Math.x. Non vos eſtis qui
loquimini ſꝫ ſpūs pr̄is veſtri qui loquitur i vobis
Cur magiſterium hic ſpēal̄r attribuitur xp̄o ⁊ nō
pr̄i vel ſpūiſctō. Rn̄det̄ qꝛ xp̄s eſt dei virtus ⁊ ſapi



UVA. BHSC. IyR_034_1

entia.j.Choꝝ.ſ.Item in xp̄o theſauri ſunt oēs ſa-
pientie ⁊ ſcie.Coll'.ij.Item xp̄s eſt fons ſapie⁊ ver
bum dei in excelſis.Eccli.j.Item xp̄s ideo ē miſ-
ſus in mundū vt eſſet hoibus magiſterium ⁊ ad-
iutoꝛium.vt dicit Aug.Licet hec omnia attribuū
tur trinitati.tñ xp̄o ſpēaliter. Nota mgr̄ appel-
latur qui erudit exemplo.Rabbi ṽo dicitur q̄ eru
dit verbo.Tunc ſubdit.Qui maioꝛ eſt veſtrū erit
miniſter veſter.hoc eſt qui vult alios pꝛeuenire re
gendo debet illos ꝑuenire obſequēdo.Eccli.xxxij
Rectoꝛem te poſuerunt noli extolli ꝫ eſto in illis
quaſi vnus ex illis.Oꝛige.Qui ꝓponit ṽba diuia
ſcienſqꝫ fructificat nequaqꝫ ſe magiſtrū ꝫ miſtruꝫ
fateatur.Ideo ſubdit.Qui aūt ſe exaltauerit hu-
miliabitur.i.ꝓ honoꝛe hēbit dedecus ꝓ laude ha
bebit infamiā.Remigius.Omnes qui ſe de ſuis
meritis extollunt apud deum humiliant̄.Et q̄ ſe i
beneficijs hūiliant apud deum exaltātur.Pꝛo q̄
ſciendū.triplex eſt ſupbia.Pꝛima in affectu.⁊ illā
habuit lucifer in celo.Iſa.xiiij.In celū conſcēdaꝫ
ſuper aſtra dei exaltabo ſoliū meum.Et hec oꝛta
eſt in celo ⁊ impugnat homies celeſtes.ſicut diſci
pulos ieſu Lu.xxij.Facta eſt contentio inter eos
quis eoꝝ maioꝛ videretur eſſe.Scđa in intellectu
ſcꝫ in appetitu ſcie.Et oꝛiebat̄ in padiſo in pꝛimis
parentibus Geñ.iij.Eritis ſicut dij ſciētes bonuꝫ
⁊ malum.Heu multi vexantur tali ſupbia.de q̄-
bus Iſa.v.Ve vobis qui ſapientes eſtis in oculis
veſtris ⁊ coꝛam vobiſmetipis pꝛudētes.Tales nō
appetunt ſciam dei ꝫ mundi.Hiere.iiij.Sapiētes
ſunt vt faciāt mala bñ aūt facere neſcierunt.Et.j.
Choꝝ.iij.Sapiētia huius mundi ſtulticia ē apō
deum.Tercia in actu.⁊ hec eſt diſꝑſa i toto mū-
do vt vnus alterum opꝑmat.dicentes illud Sap.
ij.Opꝑmamus paupem iuſtū.⁊ nō parcamus vi
due ⁊c̄.ſit foꝛtitudo noſtra lex iniuſticie nr̄e.Ab h̄
peccato debemus cauere.qꝛ eſt maximū.p̄s.xviij
Emundaboꝛ a delicto maximo.Nam eſt coꝛona
alioꝝ oim.Iſa.xxviij.Ve coꝛone ſuperbie.Nā eſt
regina alioꝝ vicioꝝ.Nā ſicut regina nō ambulat
ſolitarie ꝫ cum ſocietate.ſic ſuperbia.Ecci.x.Ini
tium omnis pctī ſuperbia.qui tenuerit illā imple
bitur maledictis.ſ.vicijs.Glo.interlinearis.De
ſuperbia naſcuntur hereſes.ſciſmata.detractōnes
inuidie.verboſitates.iactātie.cōtentiones ⁊ hmōi
que ex cupiditate pꝛocedunt.Secundo regina re-
quirit magnas expenſas.⁊ ſic ſuperbie non ſuffici
unt ꝑncipatus ducatus ⁊ epatus.Vñ Eccli.xxj.
Domus que nimis locuples eſt annihilabit̄ ſup-
bia.Tercio regina eſt caput regionis.Et ſic ſuper
bia alioꝝ pctōꝝ.Eccli.xxv.Nō eſt caput nequius
ſuper caput colubꝛi.i.ſupbie.Vnde Chꝛyſ.Tol-
le hoc vicium.qꝛ ſi non velint homines apparere
hominibus ſine laboꝛe oīa vicia reſecant̄.Figura
tur Exod.xij.Dum pꝛimogenita pharaonis mo-
riebantur filij iſrael liberati ſunt.Et.j.Regū.xvij.
Golias in fronte percuſſus a dauid moꝛtuꝰ ē.⁊ fi-
lij iſrl' ſaluati erāt.Et ſic per abiectioneꝫ ſuperbie
fugatur dyabolus ⁊ ſaluabitur fidelis populꝰ.Itē
ſupbia eſt vitāda.ideo qꝛ eſt ſignum damnatōnis
Gꝛego.Euidentiſſimum ſignum repꝛoboꝝ ē ſup
bia.electoꝝ hūilitas.Nā videmus ſub cuius ꝑn-
cipis vexillo homo militat illius dicit̄ eſſe miles.
Et ſic homo repertus ſub vexillo humilitatis eſt
miles dei.Reptus ṽo ſub vexillo ſupbie eſt miles
dyaboli.Job.xlj.Rex eſt ſup oēs filios ſuperbie.
Itē ſupbia eſt vitanda quia ſuperbus peccat in ſe
nō cognoſcens q̄d ſit.cum em̄ ſit cinis ⁊ puluis tē
dit ſurſum quaſi elementū ignis.Peccat in ꝓxi-
mum ꝑ diſcoꝛdiam.ꝓuerb.xiij.Int̄ ſupbos ſꝑ iur
gia ſunt.Peccat in deum.qꝛ reputat oia hr̄e a ſe⁊
nō a deo.nō attēdēs illud.j.Choꝝ.iiij.Quid hēs
qđ nō accepiſti.Iō Ecci.x.Odibilis coꝛam đo et
hoibus eſt ſupbia.Ideo dicit.Qui ſe exaltat hūi-
liabitur.ſ.ꝑ deſcenſum ad inferos.p̄s.c.Nō habi-
tabit in medio domus mee faciens ſupbiā.Et ecō-
tra.Qui ſe hūiliat exaltabit̄.Job.xxij.Qui hūili
atus fuerit erit in gloꝛia.

Feria quarta
Sermo xxx.

## Eſcitis quid petatis

n Mat.xx.Mar.x.Cōe eſt ꝓuerbium.qui
cum bꝛachio incuruato añ conſpectum
magnoꝝ accedit.ille citius intromittit̄ ⁊ in ꝑcibꝰ
ſuis exaudit̄.Spūalr̄.Si volumus exaudiri ⁊ in-
tromitti in curiā regis celeſtis.tūc in h̄ ſacro tem-
poꝛe debemus accedere ad deū ꝑ inclinatōꝫ bꝛa-
chij.i.ꝑ oꝛōnis hūilitatē.Eccli.xxxv.Oꝛo hūilian
tis ſe nubes penetrat.Figurat̄.iij.Reg.x.Regina
ſaba attulit auꝝ ⁊ argentū.Et ſic tu auꝝ dilectōis
⁊ argentū caſtitatis.Sine his em̄ hō nō intromit-
tit̄ neqꝫ exaudit̄.Deut̄.xvj.Nō appareas in con-
ſpectu dei tui vacuus.Ergo tali dicet̄.Neſcitꝭ q̄d
petatis.Ergo eccleſia ſctā hodie incuruat.i.humi
liat ſe in introitu dicēs.Ne derelinq̄s me ⁊c̄.Col-
lecta.Populū tuū q̄ſumus dñe ꝓpiciꝰ reſpice ⁊c̄.
In ep̄la Heſter.xiij.q̄ oꝛauit.Dñe deꝰ miſere po-
pulo tuo.qꝛ volunt nos inimici nr̄i ꝑdere ⁊ hēdita
tem tuam delere.ne deſpicias partē tuā quam re-
demiſtiſti tibi ex egypto.Si decreueris nos libe-
rare continuo liberabimur.Ecce q̄ꝫ pulcre oꝛauit
Pꝛimo humiliauit ſe.Scđo redemptōnis recoꝛ-
data fuit.Tercio in voluntate dei omnia poſuit.
Hoc nō fecit hec mulier cū filijs ſuis.Ideo a dño
audiuit.Neſcitis q̄d petatis.poteſtis bibere ⁊c̄.

Aliud thema.Peregrinus conſtitutꝰ in via ex
ꝓpꝛiā regionē hꝫ deſideriū ad patriā.⁊ q̄rit ⁊ inter
rogat de via.Moꝛalit̄.Et ſic nos p̄s.xxxviij.Ad-
uena ego ſum apud te ⁊ ꝑegrinus ⁊c̄.Animus no
ſter nō eſt quietus in via.Aug.Feciſti nos ad te i-
quietum eſt coꝛ nr̄m donec requieſcat in te.Idcir
co debemꝰ querere ⁊ petere viam q̄ ducit ad patri
am.vt poſſimus hr̄e ſaluū conductū.Hoc fac̄ ec-
cleſia in introitu dicens.Ne derelinq̄s me domie
Et p̄s.vj.Dñe ne in furoꝛe tuo arguas me.Hunc
pſalmū ſm̄ Gꝛego.fecit dauid ꝓ ſeipo recoꝛdan-
do ꝓpꝛia pctā q̄ fecit.ſ.adulteriū.homicidium.et
numerando ppl'm.ij.Reg.xxiiij.Timens ne i ma
ioꝛa incideret pctā rogauit ꝓ ſaluo conductu.Et
ſic eccleſia facit in collecta oꝛans.Populū tuum
q̄ſumus dñe ꝓpicius reſpice.⁊ quos ab eſcis car-
nalibus ꝑcipis abſtinere.a noxijs quoqꝫ vicijs ceſ
ſare concede.Et ſic in ep̄la Heſter.xiij.Dñe deus

UVA. BHSC. IyR_034_1

miſerere populo tuo ⁊c̃. Et ſic nos petẽ debẽmꝰ
vt dñs aſſiſtat nobis ne erremus a via patrie. Sꝫ
via ducens ad patriã.ſ.hieruſalẽ q̃ ſurſum eſt.ẽ tri
bulatio ⁊ paſſio. Act.xiiij. Per multas tribulatio
nes optet nos intrare ⁊c̃. Idcirco dicit.poteſtis bi
bere calicẽ ⁊c̃. In ſumma euangelij duo innuũ
tur. Primo acerbe paſſiõis reuelatio. Scdo fatue
petitõnis correctio. Uel ſic. In ſumma euangelij
duo dñs iſinuat. Primo eius paſſionẽ pdicit ibi.
Aſcẽdẽs hyeroſolimã. Scdo indiſcrete petentes
redarguit ibi. Neſcitis q̃d petatis. De primo dicit
In illo tpe.ſ.cũ veniſſet de galilea ⁊ venit trãs ior
danẽ. in fines iudee.⁊ ibi multos curauit. Poſt h̃
aſcedit hyeroſolymam q: in alto ẽ ſita. aſſumpſit
diſcipulos ſuos ſecrete.ſ.ne alios ſcandalizaret.

Ubi nota dicit ſecrete ad deſignandũ ꝙ iſtis in
tribulatõnibꝰ poſitis reuelant̃ ſecreta.vñ Ezechie
li:eiuſdẽ.capitulo.j.iuxta flumen chobor qd̃ inter
ꝑrat̃ grauedo aptũ ẽ celũ ⁊ vidit viſionẽ dei. Act.
vij. Stephanus pcuſſus lapidibus. Et Jobẽs in
pathmos inſula vidit oſtiũ aptũ in celo. Apocal.
iiij. Itẽ ad deſignandũ ꝙ ſecreta nõ dñt omnibus
manifeſtari. Eccli.viij. Nõ omi hoi manifeſta cor
tuũ ne forte inferat tibi falſam grãm ⁊ cõuiciet̃ ti
bi. Eccli.vj. Multi pacifici ſint tibi.cõſiliariꝰ autẽ
vnꝰ ſit tibi de mille. Reuelauit aſcẽdẽtibꝰ.ad deſi
gnandũ illd̃ Act.xiiij. Per multas tribulatõnes
optet nos intrare in regnũ celoꝝ. Nota ſm ſan
ctum Thomam. Hõ nõ dꝫ de facili recipe ſecretũ
aliqd̃ extra confeſſionẽ.⁊ pcipue qñ dicit.dico tibi
tanq̃ ſacerdoti.vl' ſic in cõfeſſione. Et cũ aliq̃s ꝓ
mittit tale ſecretũ ſe velle tenẽ. ex illa ꝓmiſſione
tenet̃ illd̃ ſecretũ celare ac ſi in confeſſiõe haberet.
Et trãſgreſſor reuelans tale ſecretũ peccat mortal'r
Et ſi illa ſecreta q̃ fiũt pro bono pticulari ſũt celan
da.multomagis illa archana cõſilia q̃ fiũt ꝓ bo
no cõi.q: xp̃s myſteriũ mortis in ſecreto diſcipu
lis nũciauit ne alij ſcãdalizarẽtur.⁊ ne diuulgata
impediret̃.j.ad Choꝝ.ij. Si.n.cognouiſſent nun
q̃ dñm glie crucifixiſſent. Et ait illis pdicẽdo paſ
ſionẽ ſuã. Et hoc idõ ſm Greg. Iacula pulſa mi
nꝰ feriũt.idõ pdicit. Ecce aſcẽdimꝰ hieroſolymam
Quia appropinquit hora paſſiõis.ergo etiam vo
luit appropinqre loco paſſionis.ſ.hieruſalẽ.quia
ille locꝰ fuit oblatõis. Sꝫ iudeoꝝ oblatio nõ potu
it delere pctã.ps. Holocauſtũ ꝓ pctõ nõ poſtula
ſti.tũc dixi.ecce venio. Nam erat agnꝰ dĩ. Ioh.j.
Et filiꝰ hois tradet̃ pncipibꝰ ſacerdotũ. Et dicit fi
lius hois.q: ſꝫ ꝙ hõ xp̃s paſſus ẽ. Figurat̃ Geñ.
xxij Iſaac immolatus ſꝫ aries int̃ vepres occiſus
.i.homo ſub corona ſpinea. Sꝫ dĩ. Cur nõ dicit
ſe filium dĩ cũ a parte digniori dẽat fieri denomia
tio. Rñdet Remigius ꝙ xp̃s ſm illã naturã noiat
ſe ſm quam pati poterat. Scdo ad deſignãdũ ꝙ
pro nobis factꝰ ẽ homo. Tercio ſe hũiliat vt nos
exaltaret. Sꝫ dĩ. Cur xp̃s totiẽs diſcipulis paſſi
onẽ ſuã pnũciauit. Rñdetur primo vt daret intel
ligẽ ꝙ nõ ex nccitate ſꝫ propria voluntate patẽtur
De quo Augu.iiij.d̃ trini.c.xiij.ponẽs differẽtiã
int̃ mortẽ xp̃i ⁊ noſtram dicit. Mors corpis nr̃i ẽ
a ſpiritu deſere. Ratio quia ſpũs volens deſernit
deum.deſerit ꝓ corpus inuitus. Scdo ſic deum

deſeruit q: voluit. Et ſic corpus deſerit etiã ſi no
luerit. xp̃s aũt ad mortẽ acceſſit q: eam voluit ⁊c̃.
Iſa.liij. Oblatꝰ eſt q: voluit. Ioh.x. Poteſtatem
habeo ponẽdi eam ⁊ ptãtem habeo iteꝝ ſumendi
eam. Scdo ſm Hyero.nobis in exemplũ ne obli
uiſceremur paſſionis eius. ſꝫ iugiter meditatõem
mortis eius haberemꝰ. Ecci.xxix. Grãm fideiuſ
ſoris tui ne obliuiſcaris.dedit em̃ pro te animam
ſuam. Sed heu multi ſm ps.cv.obliti ſunt deũ
qui ſaluauit eos. Tercio ne ſcãdalizarent̃ diſcipu
li ſi ſubito adueniret. Sꝫ dĩ. Cur pnũciauit paſſi
onem aſcendentibꝰ.cũ dicit. Ecce aſcẽdimus. Re
ſpondet̃ ad deſignandũ ꝙ paſſiones faciunt nos
aſcendere ad vitam eternã. Rõ.q: tribꝰ modis i re
bus naturalibus aliqua aſcendunt. Primo natu
raliter leuia. Phs.iiij.phiſicoꝝ. Omne leue ſurſũ.
vtꝫ in flãma ſil'r in pluma.ſic tribulatões naturali
ter alleuiant. Primo exonerando ab onere pecca
ti ⁊ neqtie.q: freqnter tribulatõnes faciũt hominẽ
dimittere pctm̃ ⁊ redire ad pniam. Sic canes mor
daces faciũt lupum dimittere ouem ⁊ fugẽ in ſil
uam. Ecci.xj. Malicia vnius hore obliuionem fa
cit luxurie magne. Heb.xij. Deponentes om̃e põ
dus ⁊ circũſtans nos pctm̃.p patiam curramꝰ ad
ꝓpoſitũ nobis certamen. Scdo alleuiat deſiccan
do humorẽ concupiſcentie. Sicut em̃ lignum viri
de alleuiat̃ cum deſiccat̃ vel adurit̃ in igne.ſic ca
ro igne tribulatõnis aduſta animã nõ grauat ſua
concupiſcẽtia. Greg. Ideo cõcupiſcẽtia poſſedit
cor ſalomonis.q: ipm nulla exterius exercuit di
ſciplina tribulatõis. Tercio alleuiat ſepando a ter
reſtrietate auaricie.ſicut vapores a calore ſolis e
ducti ſubtiliant̃ ⁊ alleuiant̃.ſic tribulatio ſoluit vi
culũ quo anima ligat̃ rebꝰ terrenis.ſ.amore mũdi
Sicut ignis fornacis babilonis ſoluit vinculũ tri
um pueroꝝ.⁊ ſic tribulatio mũdi vinculũ frenoꝝ
Greg. Deꝰ electis aſpeꝝ facit iter in via ne obliui
ſcant̃ eoꝝ q̃ ſunt in patria. Figurat̃ Geñ. vij. Aq̃
multiplicate ſunt ⁊ eleuauerunt archã in ſublime
a terra. Scdo aliq̃ aſcendũt artificialit̃.vt aq̃ in du
ctibꝰ fontiũ.q: q̃tũ deſcendit tantũ aſcendit. ⁊ ſic
facit aſcendere humilitas. Lu.xviij. Qui ſe humi
liat exaltabit̃. Sed tribulatõnes maxime humili
ant.ij.Choꝝ.xij. Ne magnitudo reuelationũ ex
tollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis mee an
gelus ſathane qui me colaphizet. Tercio aliq̃ aſcẽ
dunt violenter.ſicut lapis proiectus in altũ aſcen
dit ex violentia q̃uis ſit contra naturam ſui. Sic
⁊ tribulatio facit interdum hominẽ pigꝝ ſurgere
a pctõ.⁊ p pniam aſcendere ad deum.ſicut aſinus
qui cecidit verberibꝰ percuſſus a terra ſurgit. Gre
go. Mala q̃ nos hic premunt ad deum ire cõpel
lunt. Nota berñ.dicit. Bonus miles non ſentit
ſua vulnera cum vulnera regis intuetur. Amb.in
examerõ. Culices non tangunt te ſi abſinthiũ cũ
oleo coquas ⁊ te vngas. Sic tribulatio ⁊ pnia non
te tedet ſi abſinthio paſſionis ⁊ oleo compaſſiõis
xp̃i fueris inunctus. Greg. Nil tam graue quod
non ſuſtinetur dum paſſio xp̃i intuetur. Tunc ſb
dit. Et condemnabunt eum morte.ſ.per falſos te
ſtes.⁊ tradent eum gentibus ad illudendum. Et
ſic hodierna die illudetur a multis. Nota aliq̃s



UVA. BHSC. IyR_034_1

illuditur ab aliquo tribus modis. Primo quan-
do aliquis alteri ꝓmittit aliqua bona que poſtea
vult rehabere ⁊ ille reddere non poteſt. talis illu-
dit. Et ſic xp̄s cõmiſit nobis corpus ⁊ animã ⁊ di
uitias tp̄ales. De anima querit amorem. Luce. x.
Dilige dñz deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊ ex tota aĩa
tua ⁊c̃. De corpe laborẽ ieiunioꝝ. ad Rom̃. xij. Ex
hibere corpa vr̃a hoſtiã viuentẽ ⁊c̃. De diuitijs que
rit elemoſinas dare paupib⁹. Apocal. iij. Ego ſto
ad oſtiũ ⁊ pulſo. ſ. i pſona paupeꝝ. Sz heu de aĩa
reddim⁹ ei malas cogitatõn es. Iſa. v. Expectaui
vt faceret vuas ⁊ fecit labruſcas. Item de corpore
reddit ei fornicatio ⁊ ebrietas. Itẽ de tp̄alib⁹ nihil
paupib⁹ ſ; hyſtrionib⁹. hi xp̄m illudũt. Scd̃o illu
dit q̇s qñ ei aliq̇d ꝓmittit ⁊ nõ reddit. Et ſic chri-
ſto ꝓmiſim⁹ i baptiſmo ſuare puritatẽ. p̄s. cxviij.
Iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſticie tue. Ec-
cleſiaſtes. v. Si q̇d voluiſti deo ne moreris redde-
re. diſplicet ei infidelis ⁊ ſtulta ꝓmiſſio. Infidelis
dĩ ꝓmiſſio qñ vouet in die neceſſitatis. ⁊ ceſſante
neceſſitate mutat ꝓpoſitũ. Stulta ꝓmiſſio ẽ que
nõ cedit ad honorẽ dei. vt leuare feſtucã. vl̃ etiam
ſi ſit de bono tñ ipoſſibili. qđ heu multi faciũt. Cõ
tra q̇s p̄s. lxxv. Vouete ⁊ reddite dño deo veſtro.
Tercio illudit q̇s dũ laborat ſb̄ ſpe lucri ⁊ tñ nil re
portat niſi malũ. Et ſic xp̄s multũ laborauit cir-
cũeundo vicos ⁊ plateas ⁊ ciuitates. Et de illo cõ
q̄rit p̄s. Preciũ meũ cogitauerũt repellere. cucur
ri in ſiti. ore ſuo bñdicebant ⁊ corde ſuo maledice-
bant. vt ſolent illudi fatui. p̄s. xxxiiij. Retribuerũt
mihi mala ꝓ bonis. Et flagellabũt ⁊ crucifigẽt eũ

Nota hic. Licet adhuc nõ ſit tp̄s paſſionis. tñ le
git euãgeliũ hodie de paſſione dñi multis de cau
ſis ꝓp̄t hoc vt ad ſuſtinẽdũ pniam homies forti⁹
animent. Nam pnia cõtinet in ſe tria. Primo con
tinet contritionẽ. ⁊ hoc adducit paſſio. ſ. i ſciſſione
petraꝝ. ad deſignandũ ꝙ paſſio dñi corda lapidea
frangit ad ꝯtritõz. vtz i adamãte q̇ nec malleo nec
igne ſ; ſanguine hirci frãgit. Scd̃o continet pnia
confeſſionẽ. ⁊ ad hoc iducit paſſio dñi. Figuratur
Ioh̄. xix. Tẽpore mortis xp̄i monumenta aperta
ſunt. Sp̄ualr̃ monumentũ eſt cor fetidũ peccatis
plenũ. i q̇ tot mortui q̇t pctã mortalia. hoc dz apiri
⁊ mortui. i. pctõres dñi reſurgere. Eph̄. v. Exurge
a mortuis ⁊ illumiabit te xp̄s. Tercio ad pniaz re
q̇rit ſatiſfactio. ⁊ conſiſtit in trib⁹. ſ. ieiunio. orõne
⁊ el̃yna. Et hec docentur in memoria paſſiõis dñi.
Primo per memoriam paſſionis inducimur ad
ieiunium. Nam hõ dz conſiderare ꝙ xp̄s ieiuna
uit ⁊ eſuriũt. Prio em̃ eſuriũt. ⁊ nõ habuit comede
re niſi lapides. Mat. iiij. Accedens tẽptator dixit
ei. ſi filius dei es ⁊c̃. Scd̃o nõ habuit niſi folia fici
Math̄. xxj. Tertio ſitiuit. Ioh̄. xix. ſitio. Et ſic im
pletũ ẽ in eo illđ p̄s. lxviij. Dederũt in eſcã meam
fel ⁊c̃. Scd̃o mẽoria paſſiõis iducit nos ad orãdũ
q: xp̄s orauit in cruce. Lu. xxiij. Pr̃ dimitte ill̃ ⁊c̃.
Et Heb̄. v. Orauit cũ lachrymis ⁊ exauditus ẽ ꝓ
ſua reuerẽtia. Tercio inducit ad dandum elemoſi
nas. Nã xp̄s tp̄e paſſionis ſue large diſtribuit bo-
na. nobis corpus ⁊ ſanguinẽ. Iohãni mrẽm. La-
troni ꝑadiſum. pctõribus veniam. prĩ ſpm̃. Dein-
de idiſcrete petentes arguit dicens. Tunc acceſſit
mr̃ filioꝝ zebedei. Nãle eſt ꝙ parẽtes optãt filijs
bona. ꝑncipalr̃ aũt mrẽs. ⁊ hoc duplici de cã. Pri
mo q: ſunt certiores de filijs. Scd̃o q: plr̃es tribu-
latões hñt cũ eis q̃z prẽs. Adorans eũ ⁊ petens
aliq̇d ab eo. ſ. in generali. vt cõceſſione facta in ge-
nerali minus poſſet ſibi denegare in ſpẽali. ait. q̇d
vis. Non vt iſci⁹ interrogat. ſ; vt petitio ſua oñderet
irrõnabilis ex ei⁹ verbis. Ait illi. Dic vt ſedeant hi
duo filij mei vnus ad dexterã ⁊ vn⁹ ad ſiniſtrã i re-
gno tuo. Hec petitio ꝓceſſit ex hoc. q: apl̃i eſtima
bant xp̄m tp̄alr̃ regnatuꝝ in iſrl̃. vtz Act. j. Dñe ſi
in tp̄e hoc reſtitues regnũ iſrl̃. Non miꝝ q: adhuc
erant carnales ꝑ ſpm̃ ſctm̃ nõdum cõfirmati. Di
xi ſcd̃o innuit fatue petitõnis correctio. Neſcitis
q̇d petatis. Hic rñdet diſcipulis ⁊ nõ mr̃i. q: peti-
tio orta eſt ex eis. q. d. inſipienter petitis. Scien-
dum multi errant in petitõne. Primo petẽtes de
um ⁊ cum hoc q̄rendo artes magicas. de q̇b⁹ Iſa.
xvj. Ingredietur ad ſctã ſua vt obſecret ⁊ nõ valebit
iiij. Reg. j. Nunq̇d nõ eſt deus in iſrael vt eatis ad
conſulendum beelzebub deum accaron. Et. j. Pa
ral. x. Mortuus eſt ſaul ꝓpter iniq̇tates ſuas. Seq̄
tur. Et inſuꝑ phitoniſſam conſuluit ⁊ nõ ſꝑauit i
in dño ꝓpter quod interfecit eũ ⁊c̃. Iaco. j. Si q̇s in
diget ſcientia poſtulet a đo in fide nihil heſitãs. j.
Choꝝ. x. Nõ idolatre efficiamini ⁊c̃. p̄s. cv. Im-
molauerunt filios ſuos ⁊ filias ſuas demonijs et
nõ deo. vñ Dañ. xiiij. Dixit Daniel regi de idolo
bel. Erras rex. iſte em̃ eſt intrinſecus luteus. forin-
ſecus ereus. neq̧ comedit aliqñ. Scd̃o petentes
nociua. ſ. h̄ tp̄alia vl̃ q̄cũq̧ carni delectabilia. Pro
uer. j. Vſq̧q̇ ꝑuuli diligitis infantiaz ⁊ ſtulti ea q̄
ſibi ſunt noxia petunt. Vere nociua adulter petit
cum nequi⁹ videat. j. Choꝝ. vj. Fornicatores adul
teri regnũ dei nõ poſſidebunt. Aliq̇ petunt gladiũ
potentie. Eccl̃i. vij. Noli q̄rẽ ab homine ducatum
neq̧ a rege cathedrã honoris. Aliq̇ laqueũ auari-
cie. j. ad Thi. vj. Qui volũt diuites fieri incidũt in
temptatõz ⁊ in laq̄um diaboli. Salomon petiuit
liberari a tali laqueo. ꝓuer. xxx. Mendicitatẽ ⁊ di
uitias ne dederis mihi. tm̃ victui meo tribue necef
ſaria. Mat. vj. Panẽ noſtrum quotidianum ⁊c̃.
Tercio petentes in pctõ mortali. p̄s. lxv. Iniq̇ta-
tem ſi aſpexi in corde meo nõ exaudiet dñs. Ergo
petẽtes ſint ſine pctõ mortali. j. Ioh̄. iij. Fiduciaz
talẽ habemus ad deũ ⁊ q̇cq̇d petierim⁹ accipiem⁹
ab eo ⁊c̃. Si cor plenũ inuidia. manus auaricia. ⁊
ſic de alijs nõ exaudiemur. Iſa. j. Cũ multiplica-
ueritis orõnes vr̃as nõ exaudiã ⁊c̃. Quarto ꝯ vo-
luntatẽ dei. j. Ioh̄. v. Quecũq̧ petierim⁹ ſm̃ volũ
tatẽ ei⁹ audit nos. ſ. ad ſalutẽ aĩe. nã docuit Lu. xj.
⁊ Mat. vij. Petite ⁊ accipietis. Iſi. de ſum. bono.
Sepe de⁹ nõ exaudit ad voluntatẽ ſ; ad vtilitatem
vtz de paulo. ij. Choꝝ. xij. q̇ ter rogauit dñm. inau-
dit⁹ tñ manſit. q: tẽptatio carnis ad aĩe ſalutẽ ſibi vti
lis fuit. Quito nõ hñtes meritũ. Et ſic diſcipl̃i. q̄ſi
di. eis dñs. non ſeminaſtis ⁊ vultis metere. p̄s. cxxv.
Qui ſeminat i lachrymis i exultatõe metet. Itez
denarius nõ dat niſi prius laboret i vinea. Mat.
xx. ⁊. ij. Thi. ij. Null⁹ coronabit ⁊c̃. Nec illi volunt
hr̃e brauiũ. j. ad Choꝝ. ix. Sic currite vt ꝯphẽdatis
Iõ Iaco. iiij. Petitis ⁊ nõ accipitis q: male petitis.

UVA. BHSC. IyR_034_1

Sexti q̄ui petunt ꝛ inimicis non dimittūt. Aug⁹. Vnuſq̄ſq; talē indulgentiā accepturus eſt a deo qualem dederit proximo. Anaſtaſius. Si iniuriā non dimittis nō orationē pro te facis ſed maledictionem ſuper te inducis.

Feria quinta Sermo.xxxj.

# Operamini nō cibum

q̄ perit ꝛc̄. Joh.vj. Licet oia bona appetunt̄ a creatura.ſ. rōnali. maxime tñ vita a q̄libet etiaȝ creatura ſenſibili deſideratur. Inde eſt ꝙ piſces cū ſentiūt ſe capiēdos vt vitā ꝯſeruēt in ꝓfundū aquarū ſe mergūt. Aues vero in altum aeris ſe leuant. fere ſiue beſtie ad interiora deſerti currūt. Inde etiā eſt ꝙ dñs in veteri lege obſeruatoribus p̄ceptoꝝ ſuoꝝ ꝓ maximo vitā pollicetur dicēs. Exo.xx. Honora prēm ꝛ matrē oi tpe vt lōgeu⁹ ſis ſup terrā. Cū ḡ hec vita licet ſit trāſitoria ꝛ caduca tñ diligatur. et etiā pro ea obſeruāda mlt̄a interdū pericula hō incurrat. quātomagis vitā in eternū manſurā ꝛ ſine tedio feliciter duraturā debet merito deſiderare. Ad hmōi ḡ vitā eternā promerendā acquirendā pariter ꝛ tenendā vtile hoi eſt vt cibū nō corpalē ſ; ſpūalē q̄ nō perit ſ; vitā p̄ſtat pfectā ſumma inq̄rat diligētia. Ipoq; inuēto vtiliter vtatur. De q̄ cibo ſaluator in hodierno euāgelio tria tāgi cōprobatur. Primū eſt cibi ſpūalis fructuoſitas. quā duratio ꝓbat eternalis. ibi. Operamini non cibū q̄ perit ſ; q̄ pmanet in vitā eternā. Ubi ſciendū ꝙ vtus huius cibi ꝯſideratur in hoc ꝙ non perit. qđ ſic habet videri. Corpalia enī ſunt quedā ſilitudines ſpūaliū. vtpote ab eis creata ꝛ deriuata. ꝛ ideo imitant̄ ipſa ſpūalia aliq̄ mō. Sed corp⁹ ſuſtentatur cibo. ḡ illud q̄ ſuſtentatur ſpūs dr̄ eius cibus q̄cūq̄ ſit illud. Illud q̄ ſuſtētat̄ corpus cū trāſeat in corpis naturā corruptibilē perit. ſ; cibus q̄ ſuſtentatur ſpūs eſt incorruptibilis. q2 nō mutatur in ipm ſpm. ſed potius ecōuerſo ſpūs in cibū. Vñ dictū eſt p Aug. Cibus ſum grādiū. creſce ꝛ māducabis me nō me mutabis in te ſ; tu mutaberis in me. Ideo d̄ tali cibo dicit hic dñs. Operami. q.d. operādo q̄rite vel operibus mereamini. nō cibuȝ q̄ perit. ſ. corpalē. Iuxta illud. j. Choꝝ.vj. Eſca vētri ꝛ vēter eſcis. de⁹ hunc ꝛ hāc deſtruet. q2 non ſperit vſus ciborū. ſ; illū cibū opamini. ſ. ſpūalē q̄ pmanet in vitā eternā. Qui tāta vtute ſtomachuȝ mētis ſemel acceptus ꝯfortat vt ſatietatē ppetuaȝ ſit ꝛ imortalitatē aie largiatur. Qui q̄dē cib⁹ eſt ipe deus inquātū eſt vitas ꝯtēplāda ꝛ bonitas amanda q̄b⁹ reficitur ſpūs. ꝓuerb.ix. Comedite panē meum ꝛc̄. Ecci.xv. Cibabit eū pane vite ꝛ intellectus Eſt etiā obſuantia mādatorū. iō Joh.iiij. Meus eſt cibus vt faciā voluntatē ei⁹ q̄ miſit me vt pficiam opus eius. Et etiā vbū dei: q̄ aia mūdanis cōcupiſcētijs fatigata reficitur. Math.iiij. Nō in ſolo pane viuit hō ſ; in oi vbo qđ ꝓcedit de ore dī. Eſt etiā lectio ſiue meditatio diuinarū ſcp̄turarū. Sȝ poſtremo pfectiſſim⁹ atq; ſemp exoptādus aie cibus eſt myſteriū corpis xp̄i. q̄ ad eternā ꝛ btām vitā refecto ꝓficit. In illo ſenſu hic dñs cibū q̄ pmanet in vitā eternā intelligi voluit. de quo Joh.vj. Ego ſuȝ panis vite. Sequitur ibidē. Et caro mea vere eſt cibus: ꝛ ſanguis me⁹ vere eſt potus. Sed q̄s ſit dator hui⁹ cibi inſinuat cū ſubiūgit. Quē fili⁹ hois dabit vobis. Si dixiſſet fili⁹ dei mirū nō fuiſſet. Sed ſm h̄ ꝙ fili⁹ hois dat hūc cibū magis eleuat ad attenuationē. Spūalr̄. tñ iō filius hois dat q2 natura hūana infirma p pctm̄ faſtidiebat ſpūalē cibū. nec poterat in ſua ſpūalitate ſumere. Vñ oportuit ꝙ filius dei carnē aſſumeret ꝛ p eā reficeret nos. Iuxta illud p̄s.xxij. Paraſti in conſpectu meo mēſam ꝛc̄. Vide etiā q2 ſacerdos miniſter eſt hui⁹ cibi nō largitor. diſpēſator ē ꝛ nō auctor. Filius enī hois q̄ ſaluator eſt ꝛ dñs oim ipe nob hūc dat cibū. Seipm vtiq; dat nobis vt in eo maneamus ꝛ ipe maneat in nobis. Sȝ vñ habeat autoritatē dādi oñdit dñs cū dicit. Hūc enī pr̄ ſignauit de⁹. h̄ eſt ſignū qđ ei dedit quō ꝓpriū ſibi eſſe oſtēderet. p qđ ceteris filijs hoim cōparari nō pōt. Et hoc ſignū fuit eminētia plenitudinis gr̄e Vñ p̄s. xliiij. Vnxit te de⁹ deus tuus oleo leticie ꝛc̄. Vel ſm Hylariū. Signauit. i. ſigillauit. Qñ enī ſigilli in cerā imp̄mitur cera retinet totā figurā ſigilli. Sic filius dei inquantū hō totā figurā pr̄is accepit. q2 in natura hūana de⁹ pr̄ impſſit vbū. i. filiū qui eſt ſplēdor glr̄e ꝛ figura ſube ei⁹. ad Hebre.j. Vel ſm Chriſ. Signauit. id eſt ad hoc ſpecialiter eū de⁹ pat̄ inſtituit vt daret vitā eternā mūdo. Joh.x. Ego veni in mundū vt vitā habeant. Sic enī qñ aliq̄s eligitur ad aliqđ magnū officium peragendū dȝ ſignari ad illud Luc.x. Poſt hec deſignauit dñs ꝛc̄.

Conſequēter ꝓ ſcđo p̄ncipali tāgit q̄litatē habēdi hūc cibū q̄ eſtimatio exiſtit infnalis. i. fides. Dixerūt ḡ ad eū. Quid faciem⁹ vt opemur opa dei. q̄ſi diceret. Nihil credim⁹ eternuȝ niſi deū. ſed tñ de hoc cibo q̄ pmanet in eternuȝ dicas nob. eſt ne aliq̄d diuinū: ꝛ ſi ſic quō ḡ hūc ꝯſequi poſſumus et p q̄ opa eū mereri valemus. Rñdit ieſus ꝛ dixit eis. Hoc eſt opus dei ꝙ credatis in eū quē miſit ille. q.d. p fidē poteſtis hūc cibū mereri. Sȝ di. q̄d eſt ꝙ apl̄s ad. Ro.iiij. diſtinguit opa cōtra fidē dicēs. ꝙ abraā nō eſt iuſtificat⁹ ex opibus ſed ex fide Dicendū eſt ꝙ ibi fides nō diſtinguitur ꝯtra opa exteriora. Hic aūt fides dicitur eſſe op⁹ tm̄ manens in aia. Alio mō pōt fides cōputari inter opa exteriora. nō ꝙ fides ſit ipa opa: ſ; ꝙ ſit eoꝝ p̄ncipiū. Hec aūt fides intra ſe eſt. nō q̄ in multis ē. q2 multi cōfitentur ſe noſſe deū: factis aūt negāt. ſed ea q̄ p dilectionē operatur. Cōſiderandū etiā ꝙ fidē nō op⁹ nr̄m ſ; opus dei dixit. vt nemo putet fidē a ſe hr̄e ſiue aliud bonū. nec de ſuis viribus gl̄ietur. ſ; q̄ gl̄iatur in dño glorietur. Et dicat cum apl̄o. j. Choꝝ.xv. Gratia dei ſum id qđ ſum. Dixerūt ergo ei. Qđ ergo tu ſignū facis vt videam⁹ ꝛ credam⁹. q.d. ſm Chriſ. Cū inuitas ad fidē ideo vt credere tibi poſſimus. volum⁹ a te ſignum videre. q2 licet quinq; milia hoim de q̄nq; panib⁹ ſatiaſti. nō tñ ꝓpter h̄ maiores moyſe. q̄ pauit pr̄es nr̄os in deſerto māna. Sed ſi vis vt credamus tibi p tuū miraculū ſtue tuo ſigno quotidie paſcas nos ſine labore noſtro ꝛ ſine fatigatione. ꝛ tūc credem⁹ te maiorem fore moyſe. Quia ſequitur. Quid operaris. pr̄es nr̄i māducauerūt māna in deſerto. ſic̄ ſcp̄tū ē. Panē de celo dedit eis māducare. Ac ſi diceret. Iterꝝ p



UVA. BHSC. IyR_034_1

mittis nobis maioꝛa ꝙ̄ moyſes. tu em̄ panes dediſti nobis oꝛdeaceos. ille patribꝰ nr̄is dedit manna de celo. Unde dicūt. pr̄es manducauerūt mān̄a in deſerto. nec dicunt. deus pauit panes nr̄os manna. ne videant̄ eū velle equare deo. ⁊ ne videantur moyſen p̄ferre xp̄o q̄ſi in hoc eū allicere volētes ꝙ ꝯtinue eos paſcat. Reſpōſio xp̄i ponit̄ ad p̄cedētia cū dicit̄. Amē amen dico vobis. nō moyſes dedit vobis panē de celo ꝫ pater meus dabit vobis panē de celo verū. Ubi ſciendū ꝙ iudei duo ꝓpoſuerūt xp̄o de cibo coꝛpali. videlicꝫ datorem moyſen ⁊ locū. ſ. celū. q̄ duo remouet xp̄s circa cibū ſpūalem. qꝛ datoꝛ eius nō eſt moyſes: ſed pr̄ celeſtis. Nec dat̄ de celo aereo ꝫ ſidereo. Unde ergo dicit̄. Nō moyſes ⁊c̄. Ubi em̄ eſt panis celeſtis dr̄ verus panis. nō ꝙ panis celeſtis datꝰ in deſerto fuiſſet falſus. qꝛ miraculū de mān̄a falſuꝫ nō fuit. ſed dicit̄ verus cōtra mān̄a qꝺ panis figuratiuus illius fuit. Qui etiā panis de celo dicit̄ ſicut ſequit̄. Panis em̄ dei eſt qui de celo deſcēdit. ⁊ dat vitā mūdo. De celo dicit̄ deſcēdere. qꝛ xp̄us rōne deitatis de celo oꝛit̄. Similiter etiā rōne humanitatis. qꝛ aīa immediate a d̄o creat̄. ⁊ virtus formatiua coꝛpis xp̄i fuit v̄tus ſpūſſcti. Ex hoc etiā cognoſcit̄ ꝙ de celo ſit cū ꝓpriū facit effectū. ſ. cū dat vitā. Nā panis ille coꝛpalis vitā nō dabat, qꝛ oēs q̄ mān̄a māducauerūt moꝛtui ſunt. iſte aūt dat vitā eternā. Cōſequēter ꝓ tertio p̄ncipali tangit̄ edulus realis huius cibi. ⁊ q̄ eius exiſtat exiſtētia finalis. Et p̄mo tangit̄ petitio iudeoꝝ. Dixerūt ergo ad eum. Dn̄e ſemꝑ da nobis hunc panē. Volebāt em̄ de cetero eſſe refecti ſine eſurie ⁊ laboꝛe; ſicut de muliere ſamaritana dictū ē Joh. iiij. Dn̄e da mihi hanc aquā ⁊c̄. Veruntn̄ ſicut non intelligebat ꝯditionem aque ſpūalis. ſic nec iſti de pane ſpūali. Ideo on̄dit eis ieſus quid ſit ille panis dicēs. Ego ſum panis vite. ſi quis venerit ad me nō eſuriet. ⁊ q̄ credit in me nō ſitiet vnq̄ꝫ. Ubi ſciēdum ꝙ verbū ſapiētie eſt ſpūalis cibus mentis q̄ mens ſuſtentat̄. Eccl̄i. xv. Cibauit illū pane vite ⁊ intellectus. Et dicit̄ ille panis ſapiētie eſſe panis vite. ad differentiā panis coꝛpalis. q̄ panis eſt panis moꝛtis. qꝛ nō ꝯpetit niſi ad reſtaurandū defectus moꝛtalitatis. Un̄ ⁊ ſolum in hac vita coꝛpali neceſſarius eſt. Sed panis ſapiētie diuine eſt per ſe viuificatiuꝰ nec habet moꝛtē ꝯtrariā. Itē panis coꝛpalis nō dat vitā ꝫ tm̄ p̄exiſtentē ſuſtētat ad tēpus. Sed panis ſpūalis ita viuificat ꝙ dat vitam Nā aīa incipit viuere qn̄ adheret v̄bo dei. Pſal: xxxv. Apud te fons vite. Quia ergo oē v̄bū ſapientie deriuat̄ a v̄bo dei vnigenito. Ecci. j. Fons ſapiētie v̄bū dei reſidēs in excelſo. ideo ip̄m v̄bum dei p̄ncipaliter dr̄ panis vite. Et qꝛ caro xp̄i verbo dei vnita eſt. id̄o habet etiā ꝙ ſit viuificatiua. Un̄ coꝛpus eiꝰ ſacramētalit̄ ſumptū viuificatiuū eſt. Nā ꝑ myſteria q̄ xp̄s in carne ſua cōpleuit dat vitā mūdo. ⁊ ſic caro xp̄i ꝓpter dei v̄bum panis eſt nō ꝯſuete vite ꝫ illius q̄ moꝛte nō reſoluit̄. Et id̄o caro xp̄i dr̄ panis. Gen̄. penulti. Aſer pinguis panis eius ⁊ p̄bēs delicias regibus. Hūc panē qui ꝯmederit nō eſuriet. Qꝺ ſignificat̄ i eo ꝙ dr̄. Qui venit ad me nō eſuriet: ⁊ q̄ credit in me non ſitiet. Qꝺ idē eſt ſm Aug. Quia idē eſt venire ad eum ⁊ credere in eū. ⁊ h̄ fide. ſ. foꝛmata charitate. Talis inquā dr̄ nō eſurire nec ſitire. qꝛ habēs deū ꝑ gr̄aꝫ nihil aliud deſiderat niſi ip̄m. deuꝫ quē habet per gr̄aꝫ plenꝰ deſiderat hr̄e per gl̄iam. Cibus aūt et potus coꝛpales eſt cōtrarie ꝯditionis. qꝛ habitꝰ in plenitudine in faſtidiū vertit̄. Vel qꝛ coꝛpalia nō ſimul ſumunt̄ ꝫ paulatiꝫ q̄ſi cū metu. Et iō ſemꝑ reſtat aliud ſumendū. Et ꝓpter hoc ſicut cōſurgit delectatio ⁊ ſatietas eo iā ſumpto. ita deſideriū iā reſtat ex ſumēdo Ideo coꝛpalia nō ſatiant in eternū. Vel id̄o qꝛ coꝛrumpunt̄ coꝛpalia. vn̄ remanet memoꝛia ex coꝛrupto ⁊ generat̄ iterato deſideriū eoꝝ. Spūalia vero ⁊ ſimul ſumunt̄ ⁊ nō coꝛrūpūtur neq̄ꝫ deficiūt. ⁊ ideo eoꝝ ſatietas manet in ꝑpetuū. Apoca. vij. Non eſurient neq̄ꝫ ſitient. p̄s. xv. Adimplebis me leticia cū vultu tuo. delectatōes in dextera tua. ſ. in ſpūalibus vſq̄ꝫ in finē. Hūc igitur panē totis deſiderijs requiramꝰ atq̄ꝫ ip̄is facta deſideria operū impēdijs adiuuemꝰ. Ueniamus ad xp̄m. id eſt credamus abſq̄ꝫ dubio eſſe coꝛpus xp̄i qꝺ ſumimꝰ. Via qua ad eū veniamꝰ eſt fides. Ita em̄ ꝑ fidē accedētibus ⁊ ſincero coꝛde ſumentibꝰ vitā tribuit ſempiternā. Et hi tales nō eſuriēt in eternū. Illi em̄ q̄ dubitāt an veruꝫ coꝛpꝰ xp̄i ſit nō reficiunt̄: ꝫ ſecū repoꝛtāt eſuriē. nec illuminant̄ ꝫ denſioꝛibꝰ tenebꝛis obſcurant̄. p̄s. xxxiij. Accedite ad eū ⁊ illuminamini: ⁊ facies vr̄e nō confundent̄. Illoꝝ em̄ facies illuminant̄ ⁊ nō erubeſcūt quin cūcta accedāt. Sed illius facies ꝯfuſione replet̄ q̄ nihil credit. vel non credit coꝛpꝰ xp̄i eſſe qꝺ ꝑcipit. Vel quē ſua cōſciētia grauioꝛis peccati recoꝛdatione cōpungit. Ut igitur tā damnabilē nō ſuſtineamus cōfuſionē mūdemus nos ab omni inquinamēto carnis ac ſpūs. quatenus diuinū ac ſacroſanctū myſteriū nō ad moꝛtis eterne iudicium: ſed ad perennis vite ſumamꝰ p̄mium.

Feria ſexta. Sermo. xxxij. De euāgelio.

## Hic ē heres venite occidamꝰ eū.

h
Mat. xxj. Magna dat̄ ſm legē pena his q̄ occidūt heredē ſeu naturalem dn̄m. ⁊ ſignāter quādo ex hoc ſequitur perditio hereditatis. Moꝛaliter. verus heres eſt chꝛiſtꝰ ad Hebꝛe. j. Conſtituit eum heredem vniuerſoꝛū per quē fecit ⁊ ſecula. Hunc occidunt iudei. O q̄ꝫ magnū ſcelus. Hiero. Non ſolum magnū ſed et maximū quia indicibile ⁊ inexcogitabile. nullus excogitare pōt huius ſceleris quantitatē. Ber̄. in quodam ſermone diſtinguit quadruplex peccatū ſcꝫ oꝛiginale. ꝑſonale. actuale. et ſingulare. Illud aūt ſingulare eſt illis qui chꝛiſtum crucifixerunt. ſcꝫ quādo impij virū iuſtū occidunt. Augꝰ. in ſermone de paſſione alloquit̄ eos dicēs. Ignobilitaſti eū qui te clarificabat. Occidiſti eū qui te de duricia ſeruitutis eripuit. Coꝛpus eius vulneraſti q̄ coꝛpus tuū a vulneribus curauit. coꝛonā ſpineam in caput eius poſuiſti q̄ gl̄ia ⁊ honoꝛe p̄cinctus te coꝛonauit. Et manus illius pias qui te de limo plaſmauit vinculis colligaſti. Ideo pꝛe magnitudine ſceleris impletū eſt illud Job. xxij. Vſq̄ꝫ in pꝛeſentē diem remanet ſcelus malicie. Quāuis h

UVA. BHSC. IyR_034_1

peccatū ſingulare fuit apud iudeos.tñ falſoꝝ xpi-
anoꝝ pctm nō minimū. Primo qꝛ peccāt contra
ipm quē ſciunt eſſe deū. Scđo peccāt ꝯtra eū qui
iam eos redemit. Aug. Vide grādis malicia eoꝝ
q̄ xp̄m crucifixerunt.maioꝛ eoꝝ q̄ recte viuere no-
lunt.p̄cepta veritatis oderūt.ꝓpter qđ oēs appa-
rebimus in iudicio.De quo introitus.Ego āt ꝛc.
vide infra. Aliud thema. Malos male perdet
Matth.xxj.Mar.xij.Lu.xx. Videm⁹ ꝙ hō cita-
tus ad iudiciū ille prius occupat ſe anteq̄ꝫ cōpare
at quō iuſtus cōpareat.ꝛ ſi minus iuſtus diſcerni
tur tūc mācipabiꝉ carceri.Spūaliter.Omēs nos
manifeſtari opoꝛtet añ tribunal xp̄i .ij. ad Cho.v.
ꝛ vnuſq̄ſq̄ꝫ recipiet ꝓut geſſit in coꝛpe.de q̄ introi
tus. Ego aūt in iuſticia apparebo ꝛc. Jō petit ec-
cleſia in collecta. Da q̄ſum⁹ omp̄s deus vt ſacro
nos purificāte ieiunio ſinceris mētibus ad ſctā vē
tura facias ꝑuenire. Nā q̄ diſcerniꝉ vt violentus ꝛ
homicida carceri inferni mācipatur. ꝛ ſic iudei.vt
habeꝉ figuratiue in epl'a vbi decē frēs vēdiderunt
ioſeph.Et ſic iudei xp̄m.De q̄ euāgeliū. Hic ē he
res.ergo punienꝉ tꝑaliter ꝛ eternaliter.de quo the
ma.Malos male perdet. In ſumma euangelij
tria innuunꝉ. Primo collati beneficij multiplica
tio.ibi. Hō q̄dam ꝛc. Scđo tāgiꝉ deſtinati nuncij
trucidatio.ibi.Cū aūt tp̄us.Tertio poniꝉ obſtina
ti ppl'i damnatio ſeu ꝯculcatio.ibi.Cū autē vene-
rit dn̄s vinee ꝛc. De p̄mo dicit.Jn illo tp̄e. ſcꝫ fe
ria ſcđa poſt dn̄icā palmarū cū veniſſet ieſus in tē
plum interrogabant eū ſcribe in qua ptāte hoc fa
ceret.ꝛ q̄s ei dediſſet hāc poteſtatē.Rn̄dit eis.Ba
ptiſmus iohānis vn̄ erat.de celo an ex hoībus:At
illi cogitabāt intra ſe dicētes. Si dicim⁹ de celo:
tūc dicet.quare nō crediſtis illi.Si autē ex hoi-
bus:timem⁹ turbā.Et rn̄dētes dixerūt.Neſcim⁹.
Et ait illis. Neq̄ꝫ ego dico vobis in qua ptāte hoc
facio.Et reſpōdit illis. Amen dico vobis publica
ni ꝛ meretrices p̄cedēt vos in regno dei.Ratio qꝛ
egerūt pniam in p̄dicatiōe iohānis.Sed iudei fu-
erūt obſtinati cogitātes occidere filiū dei.De hoc
ſubdit in parabola dicēs. Hō quidā.ſ.deus pater
Chriſ.Diciꝉ hō:nō natura ſed benignitatis ſimi-
litudine.Phs in polliticis.Hō naturaliter ē ani-
mal manſuetū ꝛ piū.Erat paterfamilias q̄ guber
nat oēm creaturā:ſicut paterfamilias domū Qui
plātauit vineā.id eſt ſynagogā.Jſa.v. Vinea dn̄i
exercituū domus iſrael eſt. Hāc plātauit creādo.
Hiere.ij.Ego te plantaui vineam meā electam:ꝛ
trāſtulit eam in terram ꝓmiſſionis.Pſal. Vineā
de egypto trāſtuliſti.Et ſepem circūdedit eam.id
eſt cuſtodiā angeloꝝ.Jſa.lxij. Super muros tu-
os cōſtitui cuſtodes.Et fodit in ea toꝛcular. id eſt
legē.qꝛ multis p̄ceptis eos toꝛq̄bat. Et edificauit
turrim.i. templū ꝓpter altitudinē edificij et ꝓpter
ſecuritatē refugij.ꝛ locauit eam agricolis.i. docto
ribus ꝛ p̄latis qui debent extirpare vicia tanq̄ꝫ ſpi
nas.ꝛ inſerere v̄tutes.Et peregre ꝓfectus eſt:non
mutādo locū ſed operādo:liberū relinquēs arbi-
triū.Vel ſm Chriſ.peregre ꝓficiſci lōganimitatē
habēdo.quia non ſemper eoꝝ peccatis penas in
duxit.Johel.ij. Paciēs eſt ꝛ multū miſericoꝛs.
Dixi ſecūdo tangitur deſtinati nūcij trucidatio
ibi. Cū aūt tempus fructuū appꝛopinquaſſet. ſcꝫ
poſt legem datam fuit tempus fructuū operū bo
noꝝum. Remigius.Tempus fructuum fuit cū ſu
peratis hoſtibus terram ꝓmiſſionis colere ſecure
ceperūt. Ambꝛoſius.Bene dicit:tēpus fructuūꝫ
nō pꝛouentuū.nullus em̄ fructus ꝛ ꝓuentus exti
tit iudeoꝝ. nō ſpūali muſto ſed cruoꝛe ꝓphetarū
redundabāt. Miſit ſeruos ſuos ad agricolas. ſcꝫ
moyſen ꝛ aaron ꝛ ꝓphetas vt acciperent fructus
eius.ſcꝫ legis.ꝛ obedientiā deo ꝛ p̄latis.Et agrico
le appꝛehēſis ſeruis eius aliū ceciderunt:vt moy-
ſen ꝛ aaron q̄ fuerūt ceſi linguis iudeoꝝ licꝫ nō
gladio.Deu.xxxij. Vua eoꝝum vua fellis botrus
amariſſimus.in quo inebꝛiati ꝓphetas occiderūt
Jſa.v.Expectauit vt faceret vuas ꝛ fecit labꝛuſcas
p̄s.Jrritauerūt moyſen in caſtris aaron ſcm̄ dn̄i.
Et iterum vexatus eſt moyſes ꝓpter eos. Alium
occiderunt ſicut Jſaiam q̄ ſerratus ē ſerra lignea
ex p̄cepto manaſſe regis iude.Et ſicut amos quē
Ochoſias per timpoꝛa tranſfixit. Alium lapida-
uerunt vt zachariā quem rex Joab lapidari iuſſit
inter templū ꝛ altare.Et hieremias ſimiliter lapi-
datus eſt. Sed di. cur iudei nō feſtiuant ꝓp̄has
per eos occiſos ſic̄ xp̄iani martyres ꝛ apl'os. Re-
ſpondeꝉ pꝛimo ꝓpter immanitatē ſceleris.qꝛ non
alienos ſed ꝓpꝛios occiderūt. Scđo ad occultati-
onem ſui criminis.ꝛ ad declarandā duriciā deſpe
rati ſui pectoꝛis.p̄s.Superbia eoꝝum q̄ te oderūt
aſcendit ſemꝑ.Actuū.vij.Dura ceruice ꝛ incircū-
ciſi coꝛdibus ꝛc.Aug⁹.Stephanus eos increpa-
uit:qꝛ timuerūt eſſe ꝑpetuā memoꝛiā ſcelerum: et
poſteroꝝ hoꝛruerūt ꝑſecutionē ꝛc.Joh.viij. Vos
ex patre diabolo eſtis.Jterum miſit alios ſeruos
plures p̄oꝛibus quia multiplicauit de⁹ ꝓphetas.
ꝛ fecerūt ſimiliter vt impleretꝉ hierl'm ſanguine ꝓ
tū viris dicēs. Hec dicit dn̄s. comedēt ⁊ ſuperit.
quod ⁊ factū ē. Ideo ſbdit. Eſt puer vnus h̄. Iſte
dicit fuiſſe ſanctus Marcialis. q̄ habet quinqꝫ pa
nes ordeaceos ⁊ duos piſces. Chriſ. Cōſidera eo
parſimoniā ꝙ vtebant cibo iumētoꝝ. et nō dixit
eos habuiſſe carnes ꝫ piſces. Nec eoꝝ copiā. ſed
duos tantū. Ideo ſpūali cibo inheſerūt intantuꝫ
ꝙ corporalē ꝯtempſerūt. Et ſbdit. Sed hec q̄d ſūt
inter tantos. q. d. Si m̄ltiplicarent etiā eo modo
quo ꝑ Helyſeū adhuc eſſet valde modicū in hac
multiplicatōe. Dico tertio tangit ſufficiēs lar-
gitas diuini bn̄ficij dicēs. Facite homies diſcum
bere. i. ordinate ſedere ad mādu candū. q. d. Conſi
lium humanū ſbuenire nō potuit. nec adiutoriuꝫ
p̄ſtabat. vos ꝯfeſſi eſtis inopiā. ꝫ modo cognoſce-
tis dei virtutē. Erat aūt fenū multū ī loco. Theo
philus. Fenū d̄r herba viridis. Erat em̄ paſca. q̄d
quartadecima luna mēſis ap̄lis celebrat vbi ter
ra germinat ⁊ arbores florēt. ⁊ ſic erat locus aptꝰ
ad ſedendū. Diſcubuerūt ergo viri numero quaſi
quinqꝫ milia. ſed in modū hebraicū ſoli hic nume
rātur viri a viginti annis ⁊ ſupra. vt habet Nūe. j.
Sed mulieres ⁊ pueri tacent. Hoc aūt dicit euāge
liſta vt appareat maiꝰ miraculū. Cōſidera h̄ obe-
dientiā apoſtoloꝝ. Non dixerūt ad quid debēt ſe
dere ⁊ vnde debēt refici. ꝫ mandatū humiliter im
pleuerūt. ſperātes ꝙ q̄ parauerat olim menſam ī
deſerto. nūc etiā in ſolitudine turbas reficeret. Ac
cepit ergo Ieſus panes. Sed diceres. quare nō
creauit nouos panes. Reſpondet ꝙ prima cauſa
huius ſm Theophilū ē vt ꝯfundat errorē. Mani
chei dicentis corporalē ſbſtantiā eſſe malā. quia a
malo deo. i. diabolo ſit creata. Si creatura illa eēt
mala. nequaqꝫ xp̄s qui ē bonꝰ mala multiplicaſ-
ſet. Quinqꝫ alias cauſas aſſignat Chriſ. Prima ē
quia ideo creaturis vtit ad miraculū ne viderent
eſſe aliene ab eiꝰ ſapientia. Scd̄o vt oſtēdat ſe vi-
ctualiū largitorē ps. cxxxv. Qui dat eſcā om̄i car-
ni. Tertio ideo panes multiplicat. vt oſtēdat ſe eē
eū qui in p̄ncipio dixit. Germinet terra herbā vi-
rentē ⁊ facientē ſemen. Gen̄. j. Piſces vero multi-
plicat. vt ꝓbet ſe eſſe illū qui in p̄ncipio om̄e ani-
mal aquatile ꝓduxit. Quarta ratio ē. vt ꝑ hoc oñ
dat ſe eſſe dominū terre ⁊ maris. Quinta rō eſt in
exemplum. ꝙ ſi etiā pauca habemꝰ. ea libenter in

digentibus tribuamꝰ. Thob. iiij. Si multum ti-
bi fuerit abundant tribue. ſi exiguū tibi fuerit. li-
benter illud impartiri ſtude. Conſiderandū ē vt
dicit Chriſ. ꝙ iuſſi apoſtoli dare quinqꝫ panes nō
murmurāt dicētes. Vnde mitigabimꝰ famē no-
ſtrā. ſed ſtatim obediūt. Deinde oſtēdit quid ege-
rit xp̄s. Cum gr̄as egiſſet. Gr̄as egit deo pr̄i ſm
naturā aſſumptā qui v̄tute deitatis ē om̄is gratie
diſtributor. In hac autē gratiarū actiōe primo
xp̄s ſuā humanitatē ⁊ paternā reuerētiam innuit
Scd̄o inde vt dicit Chriſ. erudit nos nō prius tā-
gere mēſam. donec gratia egimꝰ ei q̄ dat nobis ci-
bum in tēpore oportuno. Sciendū ē ꝙ alij tres
euāgeliſte omiſſa gratiarūactiōe. dicūt ꝙ xp̄s tria
fecit. quia reſpexit in celuꝫ. Deinde benedixit pa-
nes. ⁊ poſtea eos fregit. Que tria Iohannes bre-
uiter ꝯplectēs dixit. Cū gratias egiſſet. diſtribuit.
reſpexit in celū vt dicit Criſ. Et quia credendum
erat xp̄m veniſſe a pr̄e facturꝰ miraculū aſpexit ī
celū. non ꝓpter indigētiam q̄ſi auxilio indigeret.
q̄ꝛ patri in diuinitate equalis erat ad operandum
miracula. Benedixit panes. Bn̄dictio aūt dei ſm
Aug. Nihil aliud ē q̄ꝫ diuerſoꝝ modorū collatio
et eorūdē m̄ltiplicatio. Sicut igit in p̄ncipio mū-
di oēs creaturas benedicēs. contulit illis natura-
lem virtutē vt ex ſe inuicē naturaľr multiplicaren
tur. Ita nunc q̄ꝛ multitudo panis erat mirabilis.
neceſſaria fuit ſingularis benedictio. Et iſtā bene
dictionem xp̄s aliquibꝰ verbis expreſſit quibus ⁊
ſanctificauit ⁊ multiplicauit creaturā. Sed euan-
geliſte tacēt illa verba quia forte ſecrete xp̄s ea ꝓ-
tulit. Hoc etiā vt dicit Cyrillus diſpenſatiue pro
nobis fecit vt diſcamꝰ ꝙ in principio menſe cum
frangere debemꝰ panē. debemus deo offerre ⁊ eli
cere ſuꝑ ip̄m benedictionē ſuꝑnā. vt creatura ſan
ctificet prius ꝑ v̄bum dei ⁊ ſigno crucis. Naꝫ ꝓ-
pter hoc in homies diabolus ſibi vſurpauit pote
ſtatē in rebus iſtis corporalibus ordinatis ad ne
ceſſitatē hominis. vt ꝑ eas ipi homi noceat. Vn-
de Chriſ. ſuꝑ Math. Cauſa inq̄t ſanctificandum
eſcarum hec ē. quoniā totus mūdus in maligno
poſitus eſt. Vnde etiā res corporales q̄ ſunt ma
gna pars mūdi in maligno ſūt poſite. Conſequē-
ter etiā infantes quādo naſcunt q̄ꝫtum ad carneꝫ
in maligno ſūt poſiti. Et ideo oportet res corpora
les benedicere vt expellatur nocumentū q̄d vene
nū peccati p̄ſtitit. Quod p̄mo bn̄dixerat ad hoc fac
exemplum ſancti Benedicti q̄ bn̄dicens vas in q̄
erat venenū mixtū vino. ipſa benedictōne facta
vas confractū eſt. Itē exemplum ſanctimonia
lis quā obſedit diabolus lactucā comedētis p̄ter
miſſa benedictione. Dicit etiā ꝙ dn̄s panes bene-
dictos fregit vt fruſtatim p̄mo diuiderētur ⁊ di-
ſtribuit diſcūbētibus. Hec autē diſtributio ꝑ apo
ſtolos facta ē. Vn̄ in Matheo dicit. Dedit diſci-
pulis panes. diſcipuli autē turbis. Simiľr ex pi-
ſcibus q̄ꝫtū volebat. Vbi attendenda ē abundan-
tia celeſtis bn̄ficij. Querit quomodo iſta mul-
tiplicatio panū ⁊ piſciū facta fuerit. Ad hoc reſpō
det Hylarius. iij. de trini. dicēs. ꝙ nec ſenſus nec
viſus ꝑfectum tam conſpicabilis oꝑationis aſſe
quitur. Eſt q̄d nō erat. videtur q̄d non intelligitur

VVA. BHSC. IyR_034_1

vnde ſolū ſupeſt vt deus oīa poſſe credat. Sed tunc vt dicit Hiero. Frangēte dn̄o panē facta eſt multiplicatio partiū. Itē ſm Chriſ. etiā ipſi panes augebant in manibꝰ diſcipulorū miniſtrantium. Itē ſm Hylariū. In manibus ſumētiū ⁊ in menſa creſcebat panis ſbſtantia. Sed ħ videt multū mirabile ſm Hylariū. ꝙ in manibꝰ frangentiū non minueret. ſʒ dato vno fragmēto alterꝫ ſuccederet. Et dicendū ꝙ nō eſt dubiū qn hoc fuit mirabile. ſʒ tamē deo nō ipoſſibile. qꝛ nō ē impoſſibile apud deū oē verbū. Sed ſi adhuc diceres. vn̄ veniebāt partes illius panis q̄ ſuccedebāt frangēti ⁊ diſtribuenti. Rn̄det Aug. dicēs ꝙ eadē ꝟtute qua deꝰ multiplicat ex paucis granis ſegetes. eadem poteſtate multiplicat hos quinqꝫ panes ⁊ duos piſces. Nā illi quinqꝫ panes erāt quaſi ſemina nō quidē terrenaſcētia. ſʒ ab eo qui terrā fecit multiplicata. Sed di. Bene habeo cuiꝰ ꝟtute hoc factū eſt. Sed ego quero vnde ꝓducte ſūt partes ille hmōi multiplicatōis. Si dicat ꝙ deus ꝑexiſtētem materiā ꝯuertit in ſbſtātiā panis ſicut humorē terreſtris ꝯuertit in ſubſtantiā carnis. tūc certe deus nō ſatiauit illā multitudinē ex ſolis quinqꝫ panibus ſbſtantialiter. ſʒ magis ex altera ſbſtantia. quod videtur ꝯtrariū euāgelio. Et ideo dicit magiſter in ſententijs. li. ij. di. xviij. ꝙ illa ſbſtantia panis diuina ꝟtute i ſe multiplicata ē ſine alicuiꝰ alterius additamēto. quod quō fieri potuerit excedit inueſtigationē humani intellectꝰ. vt dicit Hylarius. Tertio de recollectōe menſe. Vt aūt impleti ſūt pſ̄. lxxvij. Manducauerūt ⁊ ſaturati ſūt nimis. ⁊ deſideriū eorꝫ attulit eis. Dixit diſcipulis ſuis. Colligite q̄ ſupauerant fragmēta ne pereant. Nō ideo ꝑcepit vt dicit Chriſ. Ne fantaſia crederetur quod factū ē. qꝛ ex collectione fragmentorū magna apparet certitudo miraculi. Ne pereant. Nō em̄ ſūt abijcienda q̄ ſupfluunt menſe. ſʒ pauperibus eroganda. Collegerūt ḡ ⁊ impleuerūt. xij cophinos fragmētorū. Eſt aūt cophinus corbus factus de iuncis vel folijs palmarū ꝯtextꝰ ad ſeruilia opera. Cophinis enim vt dicit Alchuinus. ſeruilia implēt officia. Ex quinqꝫ panibus ⁊ duobus piſcibus q̄ ſupfuerāt his qui mādūcauerant. Vnde ſm Theophilū. Addiſcamꝰ non eſſe tenaces in dādis elemoſinis. qꝛ deus abundantiꝰ tribuit. Quarto inde tangit laus ſbſecuta diuinū beneficiū. Sed ſciendū ꝙ nihil dignū deo poſſumus tribuere ꝓ beneficijs acceptis. Primo quidē. qꝛ oīa noſtra ipſius ſūt. j. Paral. xxix. Tua dn̄e ſūt oīa. ⁊ que de manu tua accepimus dedimus tibi. Secūdo qꝛ dicit pſ̄. xv. Bonorū meorꝫ nō eges. Tertio qꝛ eiꝰ bn̄ficia excedunt noſtrā facultatē pſ̄. Quid retribuā dn̄o ꝓ oībus q̄ retribuit mihi. Sed tamē vult deꝰ a creatura laudari in q̄ nō ipi ſʒ creature ꝓficit. Vnde attēditur quales reddere debēt deo gr̄as hoīes refecti. Illi ergo hoīes cū vidiſſent quod fecerat ſignū vnde ipſius declarabat oīpotentia dicebāt laudando ⁊ glorificando. quia hic ē vere ꝓpheta. Scōm Aug. dicit ꝓpheta qui dn̄s ꝓpherarū ē ꝓpter tria. Primo quidē qꝛ oēs ꝓphete acceperūt de ſpū eius vt ꝑuiderēt futura. Ipſe ꝟo inſeipſo oīū habet cognitionē Ioh. xvj. Nunc ſcimꝰ qꝛ ſcis oīa. Secundo pꝛ xp̄i cognitio ē eterna. ꝓphete ꝟo cognouerūt in tpe. Tertio qꝛ oīs ꝓphetia terminatur ad xp̄m. Actu. iiij. Huic oēs ꝓphete teſtimoniū ꝑhibent de ſpū q̄ venturus ē in mūdū. ſ. ad redemptionē humani generis. ⁊ vt nos ad celeſtia regna ꝑducat. quod nobis ꝑſtare dignetur ⁊c.

De eodem
Sermo. xlviij.

# Accepit ihesus panes

⁊c. Ioh. vj. Iſta dn̄ica vocat dominica de roſa triplici ratione. Prīa ē litteralis quā ponit Innoc. li. iij. Eſt eni quoddā cōſolatoriū ⁊ recreatoriū populis cōtinuo ieiunijs fatigatis. Dicit em̄ Catho. Interpone tuis interdū gaud ia curis. Quod caret alterna requie durabile n ōeſt. Ideo dicit dictus Innocentiꝰ. Ne populus ꝓpter aſperitatē quadrageſimalis obſeruātie ſub ꝯtinuo labore deficeret in hac mediana dn̄ica roſe ſolaciū interponit vt anxietas temperata melius ſufferat. Scōa rō eſt ſpūalis. in ipa eni roſa ſūt tria. Eſt eni facta de auro. intus vero ponit muſcus ⁊ balſamū. Et iō ſignificat xp̄m in q̄ ſūt tres ſubſtātie. ſ. caro incorrupta. que ſignificat per aurū. Aīa odore oīm ꝟtutū plena. q̄ ſignificatur ꝑ muſcuꝫ ⁊ diuinitas ꝓcioſiſſima. q̄ ſignificatur ꝑ balſamū. Qui ergo vult penitētiā quadrageſimalē leuiter ferre. debent hoc roſaꝫ in corde ſuo portare. Tertia ratō ē moralis. ꝑ ħ eni dat intelligi qꝛ per ieiuniū ⁊ ꝑ penitētiā viciorꝫ ſpine ꝯuertuntur in roſam ꝟtutū. ita ꝙ q̄ prius erat libidinoſus efficitur caſtus. qui priꝰ erat ſupbus. efficit humilis et māſuetus. Qui ꝑus erat guloſus efficit ſobriꝰ. Eſa. xxxv. In cubilibꝰ in quibꝰ ꝑus dracones habitabant orief virorꝫ calami ⁊ iunci ⁊c. ⁊ in cordibus pctōꝝ in quibꝰ prius habitabāt demones ꝑ exercitia viciorū. oriet ꝑ penitentiā virorꝫ ꝟtutum. Secūdo hec dominica vocat dn̄ica de panibus ex eo ꝙ xp̄s quinqꝫ milia hominū de quinqꝫ panibus ſatiauit. Sicut aūt tūc ſatiauit illos de quinqꝫ panibus corporaliter. ſic quotidie reficit fideles de quinqꝫ panibus ſpūaliter. Primus ē panis penitētialis. ⁊ iſte ꝯficit de tribus farinis. quaruꝫ vna tota ē amara. alia ē tota dulcis. tertia ē dulcis et amara. Verus em̄ penitēs debet habere timorē. amorē ⁊ ſpem. Timorē quidē debet habere de ꝯſideratōe pene eterne. ⁊ iſta farina ē amara. Ezech. xij. Fili hoīs panē tuū in ꝯturbatione comede. Multū eni penitēs debet timere ⁊ ꝯturbari quādo ꝯſiderat horribiles penas iferni. Iob. xxj. quādo recordatꝰ fuero ꝑtimeſco. ⁊ ꝯcutit carnē meam tremor. Secūdo penitēs debet habere amorē de ꝯſideratōne celeſtis glorie. ⁊ iſta farina tota ē dulcis. Nihil em̄ eſt dulcius q̄ȝ dei gloriā mēte ꝯſpicere ⁊ ipſam conſiderare. pſ̄. xxx. O q̄ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e ⁊c. De iſto pane dicit Lu. xiiij. Beatus q̄ manducabit panē in regno dei. Tertio penitēs debet habere ſpem de ꝯſideratiōe peccatorum ⁊ venie. Et iſta farina dulcis ⁊ amara eſt. Amara quādo ꝯſiderat peccatorū multitudineꝫ. Eſa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos. in ama



UVA. BHSC. IyR_034_1

ritudine anie mee. Dulcis quādo habet ſpem de venia obtinēda. Prouer.xiiij. Cor qđ nouit amaritudinē aīe ſue. Ecce amaritudo culpe. i gaudio eius nō miſcet extraneus. Ecce gaudiū ꝓ venia.

Secūdus ē panis ſacramētalis quē in feſto paſce recepturi ſum⁹. Et iſte panis fuit formatus in archa virginali.ſ.de farina eterna.id ē de deitate ſempiterna. De farina antiq.ſ.de carne ab Adam tracta.ꝛ de farina noua.ſ.aīa de nouo creata. Iſte panis ſic format⁹ triplici igne fuit excoct⁹.ſ. igne amoris.de quo dr̄ Lu.xij. Ignē veni mittere i terrā.ꝛ quid volo niſi vt ardeat Et iſto igne amoris ipe fuit inflāmatus.qꝛ ꝓpter amorem fuit paſſus Jo.xv. Maiorē hac dilectionē nemo hꝫ ꝛc. Sic ī igne doloris fuit inflāmatus. Tren.i. O vos oēs qui trāſitis ꝑ viā.attēdite ꝛ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Et igne paſſionis. ps̄.xvj. Igne me examinaſti.ꝛ nō ē inuēta in me iniq̄tas. Idē ps̄.ci Oſſa mea ſicut cremiū aruerūt. Iſte panis fuit formatus ꝛ ſic decoct⁹ de quinq; partibus vulnerū et fuit inciſus vt primū vulnus nos patri reconciliaret. Scōm celeſtē ianuā aperiret. Tertiū ruinā angeloꝝ repararet. Quartū ſctōs pr̄es d̄ limbo reduceret. Quintū demones ſbiugaret. Terti⁹ panis ē materialis.quē quotidie petim⁹ in orōne dicentes. Panē nr̄m quotidianū da nobis hodie. Iſtū panē cū pauperib⁹ debem⁹ ꝯmunicare ſi volum⁹.ꝙ nr̄a ieiunia ſint deo grata. Unde poſtq̄ dixit dn̄s Eſa.lviij. Nōne hoc eſt ieiuniū qđ elegi Subdit Frange eſurienti panē tuū ꝛc. Dic ei petr⁹ rauen.ꝙ elemoſyna ē in ieiunio ſic oleū in lucerna ſic eni lucerna extinguit̄ quādo oleū deficit.ſic ieiunij meritū ꝑditur cū elemoſina ſbtrahitur. grē. Talia ſūt ſine charitate nr̄a ieiunia qualis ē ſine oleo lu[illegible]a accēſa.fumigare qdē ꝛ fetere pt̄ ꝛ lucere nō poteſt. Et etiā ſic ſol dici. Sicut eni ſol nubes excellit ꝛ glaciē diſſoluit.ſic elemoſina peccata extinguit. Ecci.iij. Elemoſyna eni pr̄is nō erat in oblimone. Et ſicut in ſereno glacies diſſoluit̄.ſic in elemoſina ſoluenē pctā noſtra. Eſt etiam elemoſyna ieiunio ſicut aīa corpori. Sicut eni anima corp⁹ viuificat.ſic elemoſina ieiuniū gratificat Et ſicut corp⁹ morit̄ cū aīa recedit.ſic ieiunij meritū ꝑditur cū elemoſina deficit. Quartus ē panis infernalis q̄ ꝯficitur ex peccato. De quo pane dr̄ Prouer.xiij. Comedūt panē impietatis. ꝛ vinū iniquitatis bibūt. Nihil eni ꝓderit abſtinere a cibo ꝛ pane materiali cū nō abſtineat̄ ab ipo pane peccati. Unde dr̄ Eſa.lviij. Nōne hoc ē ieiuniū qđ elegi.ſolue faſciculos depr̄imētes. Quidā libri habēt impietates colligātes.qꝛ quidā ex mala cogitatōe.cadūt in delectationē.de delectatiōe in conſenſū.de conſenſu in opus. de ope i ꝯſuetudinē.de ꝯſuetudine in neceſſitatē peccādi. Vl habent etiā faſciculos peccatoꝝ depr̄imētes. qꝛ cuꝫ deberēt de iſto faſce pctōꝝ diminuere ſemp volūt peccata peccatis addere. Legit̄ eni in vitaſpatꝝ ꝙ ſanctus Arſenius oſtendente ſibi angelo vidit tres viros.vnū q̄ faſcē lignoꝝ in nemore faciebat et ſup ſarcinā tanta ligna addebat donec ferre non poterat. Alius infūdebat aquā in ciſternā ꝑforatā q̄ tota effluebat. Tertius q̄dem trabē nō per lōgum.ſ; in trāſuerſū in quandā eccl'iam ducere volebat. Expoſuit autē ei angel⁹ hanc viſionem. ꝙ p̄mi ſunt q̄ pctā peccatis addunt cū deberēt diminuere Ecci.xvij. Precare corā dn̄o ꝛ minue offēdicula. Scōi ſūt qui habēt cor ſuū ꝑ diuerſa crimia ꝑforatū.ita ꝙ queq; opa de genere bonoꝝ faciūt oīa ꝑdunt. Aggei.i. Qui merces ꝯgregauit mittit eas in ſaccū ꝑforatū. Tertij ſūt ſuperbi qui nolunt ire recte ſ; tranſuerſi.nec volūt ſe in inclinare ſed eleuare. Et tñ cū porta ſit anguſta in domum celeſtē intrare non poſſunt marci.vij. Q̄ anguſta eſt via que ducit ad vitā. Quint⁹ pāis ē celeſtis quē ſancti mādu cabant in menſa celeſti. Lu.xxij. Et ego diſpono vobis ſicut pat̄ celeſtis diſpoſuit mihi regnū vt edatis ꝛ bibatis ſup menſam meaꝫ in regno meo. Ex quib⁹ habet̄ ꝙ illud puluiū habebit miniſtrātis nobilitatē cū dicit. Ego nō alit⁹. non angel⁹.nō Petrus apl'us.nō alius ſanctus ſ; ipe xp̄s. Eiuſdē.xij. Amē dico vobis ꝙ p̄cinget ſe et faciet illos diſcūbere.ꝛ tranſiens miniſtrabit illis. Habebit puluātiū ordinabilitatē.cū dic̄ diſpono.i.in diuerſis menſis pono. Naꝫ in vna menſa erunt patriarche.i alia ꝓphete.in alia apoſtoli. in alia martyres.in alia ꝯfeſſores.i alia v̄gines. Beata aūt virgo habebit vnā menſā ꝑ ſe a dextris filij collocatā. Joh.xiiij. In domo pr̄is mei māſiones multe ſūt. Habebit etiā in illo puluio plenā ſatietatē.ideo dr̄.vt edatis ꝛ bibatis. Cañ.v. Comedite amici mei ꝛ bibite ꝛ inebriamī chariſſimi. Habebit menſe nobilitatē.qꝛ in in eadē mēſa ſedebūt cum deo. Ideo dicit ſup menſam meā.ps̄. cxxvij Filij tui ſicut nouelle oliuaꝝ i circūitu mēſe tue. Habebit loci amenitatē. Ideo dicit.i regno meo Nu.xxiiij. Q̄ pulcra tabernacula tua Jacob ꝛ tentoria tua iſrael vt valles nemo roſe.vt horti in x̄ta fluuios irrigui.

De eodem Sermo xlix.

# Et puer hic vnus habens

e bens quinq; panes ordeaceos ꝛc. Johan. vj. Puer eſt Chriſtus.a quo quinq; panes habem⁹.videlicet nature. doctrine.penitētie. euchariſtie ꝛ gratie. Primus ē corporalis. Scōs eſt doctrinalis. Tertius ē penitētialis. Quartus eſt ſacramentalis. Quintus eſt ſpiritualis. De primo Gene.iij. In ſudore vult⁹ tui veſceris pane tuo. Pro iſto pane parū ſudant vſurarij ꝛ alij qui adulationibus et detractionibus ꝛ periurijs. immo ꝛ emptionibus ꝛ multis mēdacijs victuꝫ acquirit Prouer.xx. Suauis eſt homi panis mēdacij.ꝛ poſtea implebitur os ei⁹ calculo.i. lapide ignito. Dicit glo. De iſto pane.ſ.corporali colligūtur fragmēta elemoſinaꝝ. Eſa.lviij. Frāge eſurienti panē tuum ꝛc. Frange ſcꝫ eſurientib⁹ in mūdo Thob.iiij. Panē tuū cū eſurientibus ꝛ egenis comede ꝛc. Et in purgatorio. Neemie.viij. Mittite partes eis qui nō preparauerunt ſibi. Et in celo. Eſuriunt eni ſancti elemoſina ꝛ alia bona opa noſtra. Et maxime xp̄s Math.xxv. Eſuriui ꝛ dediſtis mihi māducare ꝛc. Grego. Ad tribuendū pigri non ſitis.qꝛ hoc quod in terra iacēti porrigit̄ ſedēti in celo datis. Sic habes quaſi triū ſpons

UVA. BHSC. IyR_034_1

rum fragmēta. De ſecūdo Eccl.xv. Cibauit illū
pane vite ⁊ intellect⁹ ⁊c. Sicut aūt pr̄familias eij
cit eū de familia q̄ ocioſe comedit panē ſuū. ſic et
xp̄s. Ocioſe aūt comedit panē q̄ doctrinā intelli-
git ⁊ nō facit. Contra quos ꝓuer. xxxi. Panē ocio
ſa nō comedit. Vide quō oꝛdeacens ē q̄ nō ocio-
ſe ſed cū laboꝛe comedēs ē. Iſtius panis q̄ſi triū
cophinoꝝ fragmēta ſūt credēdoꝝ. fugiendoꝛum.
agendoꝛum documēta. Vnde aliquādo dictū eſt
Treñ. iiij. Paruuli petierūt panē. ⁊ nō erat q̄ fran
geret eis. Nō aūt iſte panis frangit paruis ⁊ ma
gnis plus q̄ꝫ velint. De tertio dicit ps̄. Cibabis
nos pane lachꝛimarū. ⁊ potū dabis nob̄ in lachꝛi
mis in mēſura. Sed q2 penitētia ⁊ auſtera vita ſe
pe coꝛrūpitur ꝑ fermētū vane laudis vel admixtē
carnalitatis vel ſeruilis timoꝛis. q̄ñ ſoluꝫ timoꝛe
gehenne fit penitētia. Vnde d̄r deutero. xvj. Se-
ptem dieb⁹ comedes abſq̄ꝫ fermēto afflictōis pa-
nē. Septē diebus. i. ſemꝑ. om̄e eni tēpus ſeptē vo-
luitur diebus. De iſto pane fiunt fragmēta ꝯtritō
nis. ꝯfeſſionis ⁊ ſatiſfactōis quaſi trium ſpoꝛtaꝝ.
Hunc panē dat dn̄s ꝑ ꝑlatos penitētib⁹. inducen
do eos ad ꝯtritionē ⁊ iniungēdo penitētiā. Pau
ci vero ſciunt frāgere vel nolūt hūc panē. Hiere.
xvj. Non frāgent inter eos lugēti panē ad ꝯſola-
tionē ſuꝑ moꝛtuo. De quarto dicit. j. ad Choꝛ.
xj. Quicūq̄ꝫ mādncauerit panē ⁊ biberit calicē do
mini indigne. reus erit coꝛpoꝛis ⁊ ſanguis domi-
ni. Timēdū ē valde verbū h̄ vide ergo quō panis
deaceus nō ſolū in doloꝛe de memoꝛia paſſionis
xp̄i. ſ3 etiā in doloꝛe de peccatis quaſi agn⁹ cū la-
ctucis comedēd⁹ ē. Qui hūc panē nō idigne vult
comedere. debet ſicut ouicula māſuete ⁊ innocen
ter viuere. Vnde de ouicula pauꝑis quam diues
ſibi abſtulit d̄r. ij. Reg. xij. q̄ erat de pane illius co
medens ⁊ de calice bibēs. Pauꝑ ei xp̄s eſt q̄ pau
cas oues h3. diues ē diabol⁹ qui habet oues ⁊ bo
ues vniuerſas. inſuꝑ ⁊ pecoꝛa cāpi. Iſtius panis
fragmēta ſūt tres partes hoſtie fracte. j. Choꝝ. x.
Panis quē frangim⁹ nōne ꝑticipatio coꝛpoꝛis ē.
Dominus etiā hūc panē benedixit ⁊ fregit. Quid
aūt ſignant ille tres ꝑtes dicit in ſentētijs. Poſſu
mus etiā dicere q̄ tres ꝑtes fiunt. q2 hoc ſacrificiū
offertur ad honoꝛē ſanctoꝝ in celo. ad ſalutē viuo
rū in mundo. vnde ſacerdos dicit. vt illis ꝓficiat
ad honoꝛē. nobis aūt ad ſalutē ſempiternā. Et ad
abſolutōeꝫ penaꝝ ipurgatoꝛio. id̄ d̄r notāt. ⁊ ſctōꝝ
viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ. De q̄nto dicit ps̄. ciij. Panis
coꝛ hoīs confirmat. Iſtū panē timoꝛ ⁊ ſollicitu
do facit oꝛdeaceū Ber. Time cū aſſit gratia. time
cū abierit. time cū denuo redierit. Sed quis vidit
vnq̄ꝫ doꝛmiētē comedere. ſic tu niſi de ſomno ſur-
rexeris pctōꝝ. pane grē nō paſceris. Vnde bene
d̄r. iij. Reg. xix. q̄ angel⁹ Helyā bis de ſomno ex
citauit vt comederet panē. i cui⁹ foꝛtitudine. xl. di
ebus ambulauit. Excitat homo bis. p2io ꝑ timo-
rē gehēne. ſcd̄o ꝑ amoꝛē gloꝛie. Iſtius panis fra-
gmēta ſūt varia gratiarū dona. Lu. xxiiij. Cogno
uerūt eū in fractiōe panis ⁊c. Que fragmēta per
duodecim cophinos diuidūtur vt plena ſint oꝑa
noſtra. Sine eñ grā dei nō ſūt plena. Apocal. iij.
Non inuenio oꝑa tua plena coꝛā deo meo.

De eodem Sermo l

**Et puer vnus hic ha-**
bens quinq̄ꝫ panes oꝛdeaceos Ioh. vj.

Oꝛdeacei panes ſignare p̄nt auſteras re
fectōes q̄s h3 aīa fidel' de doctrina legali. vel de pe
nitētia medicinali. vel de diſciplina ſiue ꝯtinētia
ſenſuali vel de pena dn̄icali. Iſta eni licet oꝛdeacē
am habeant aſperitatē. reficiūt tamē animā ⁊ con
foꝛtant. De p̄mo Deute. viij. Nō in ſolo pane vi-
uit homo. ſ3 in om̄i v̄bo qd̄ egredit de oꝛe dei. Le-
gitur Daniel'. x. q̄ Abacuc intriuerat panes i alue
olo ⁊ ibat in campū vt ferret meſſoꝛib⁹. quos ta-
mē poꝛtauit Danieli ductu angelico in lacū ſeptē
leonū. Panū intritio ē ſcripturaꝝ expoſitio i coꝛ-
dis alueolo. Malū aūt ē ſignū cū infirmus abo-
minatur panē. Iob. xxxiij. Abominabilis fit ei in
vita ſua panis. Lacus ē mūdus. leones ſūt demo-
nes. j. Pe. v. Tāq̄ꝫ leo rugiens circuit querēs quē
deuoꝛet. Septē leones ſūt vicioꝝ capitaliū prin
cipes. Quicunq̄ꝫ ḡ in mūdo ē. ip̄e in lacu leonum
eſt. Sed nota q̄ hic quinq̄ꝫ panes doctrine lega-
lis ſūt quinq̄ꝫ verba quib⁹ tota cōpꝛehēditur ſcri-
ptura. Que ſūt hec. Crede. fuge. age. time. appete
Crede in deū. fuge vicia. age bona. time ſupplici-
um. appete p̄miū. j. ad Choꝝ. xiiij. In eccl'ia volo
quinq̄ꝫ v̄ba ſenſu i meo loqui vt ⁊ alios inſtruam q̄ꝫ
decē milia verboꝝ in lingua. De ſecūdo ps̄. xlj.
Fuerūt mihi lachꝛyme mee panes die ac nocte.
Aug. Da mihi dn̄e in h̄ exilio paneꝫ doloꝛis ⁊ la-
chꝛymarū quē eſurio ſuꝑ om̄em copiā deliciaꝝ
Hic ē panis q̄ ꝑ coruū miniſtrat Helye in toꝛren
te carith. ſicut legit. iij. Reg. xvij. Toꝛrēs ꝯtritio-
nem ſignat. Tre. ij. Deduc quaſi toꝛrētem lachꝛi-
mas ꝑ diē ⁊ noctē. Per coꝛuū aūt nigrū ⁊ clamo
roſum. ſignatur ꝯfeſſio peccatoꝝ. Hic coꝛuus fi-
guratur Geñ. viij. Aperta oꝛis feneſtra emittitur
de archa ꝯſtrata. ⁊ hic miniſtrat tibi panē refectio
nis penitētie ſedēte te in toꝛrēte ploꝛat⁹. Ploꝛa ḡ
o peccatoꝛ. Aug. Qui eñ ſe cognoſcūt ſicut ſem-
per peccant ita ſemꝑ ploꝛāt. vitā eni ſuā que tota ē
temptatio ſuꝑ terrā ploꝛant. Sed hic quinq̄ꝫ pa-
nes ſūt quinq̄ꝫ partes penitētie. videlicet. cōtritio
cōfeſſio. oꝛatio. ieiuniū ⁊ elemoſyna. De tertio
ſignatū ē Iudicū. vij. vbi legit q̄ panis ſuccineri-
cius caſtra madian ſubuertere ꝑ ſomnū videbatur
Caſtra madian ſūt ſenſus noſtri. q̄ vtiq̄ꝫ madiani-
te ſunt. quod interꝑtat ꝯtradicētes cōtradicūt eni
frequēter rōni. ps̄. liiij. Vidi iniq̄tatē ⁊ ꝯtradictio
nem in ciuitate. Vnde i caſtris inimicoꝛum habi
tant aīe nr̄e. in ſenſibus ꝯſtitute. Panis ex oꝛdeo
factus ē rigoꝛ diſcipline ⁊ ꝯtinētie ſenſus cōtradi
centes cohibens. Eccl. xxxij. Panis ⁊ diſciplina ⁊
op⁹ ſeruo. i. ſenſu vl' coꝛpi. Qui pāis etiā ſucciner
cius d̄r. q2 ꝑ iugē recoꝛdationē nr̄e incinerationis
future ſenſus ab illicitis cohibemus. Sed hic no
ta q̄ quinq̄ꝫ panes ſūt quinq̄ꝫ ſenſuū diſcipline ſi-
ue ꝯtinētie. Aug. Continēdus eſt aīe appetit⁹ a
voluptate auriū ⁊ oculoꝝ. ⁊ a voluptate olfaciēdi
tāgendi ⁊ guſtādi. Tali cōtinētia aīa paſcit ⁊ tā-
q̄ꝫ panibus ꝯfoꝛtat. De quarto dicit mlieri col-
ligenti duo ligna. iij. Reg. xvij. Fac de ip̄a farinu-



UVA. BHSC. IyR_034_1

la ſuccinericiū panē paruulū. Duo ligna crucem
ſignant. Hiere. xj. Mittamꝰ lignū in panē eius. ⁊
eradamꝰ eū de terra viuentiū. Farina ē granū cō
tritū. Granū aūt xp̄s. Joh. xij. Niſi granū frumē
ti cadens in terrā mortuū fuerit. ip̄m ſolū manet.
ſi aūt mortuū fuerit multū fructū affert. Qui cō-
tritus ē ꝑ paſſionē. Eſa. liij. Attritꝰ ē ꝓpter ſcelera
noſtra. Mulier ẜ. i. eccl'ia vel aīa. colligēs ꝑ fidē
et deuotionē duo ligna crucis. de farinula panē
facit quādo de paſſione xp̄i ſe reficit. Panis iſte
paruulus ē. qꝛ ꝑ paſſionē xp̄s minutꝰ ⁊ humilia-
tus ē ad Phil'. ij. Humiliauit ſemetip̄m factꝰ obe
diens vſqꝫ ad mortē. Succinericius ē quoqꝫ. quia
ſub cinere amare paſſionis xp̄i memoriter coctuſ
eſt pſ̄. cj. Cinerē tanq̄ panē manducabā. Sed
nota ꝙ quinqꝫ panes quinqꝫ vulnera xp̄i ſūt que
multū reficiūt aīam deuotā. q̄ nō ſolū ſunt aīe
ordeacei ꝑ paſſionē. ẜ etiā oleati ⁊ mellici ꝑ deuo
tionē. Bern. Foderūt manus eius ⁊ pedes eius
et latus lancea ꝑforauerunt Per has rimas licet
mihi ſugere mel de petra. oleumqꝫ de ſaxo duriſſi
mo. De oībus his varijs panibꝰ intelligi poteſt
qđ Dauid ad Abymelech dixit. j. Regū. xvj. Si
quid habes ad mādncandū. vel quinqꝫ panes da
mihi aut quicquid inueneris ⁊c.

De eodem
Sermo lj. De epiſtola.

**Lla autem hieruſalē**
que ſurſū ē libera eſt que ē mater nr̄a.
ad Gala. iiij. Quādo aliq̄s crucē trāſ
marinā aſſumpſit. ⁊ proponit i terra ſancta rema-
nere. valde libent̄ audit bona de terra illa. ⁊ ma-
gnū ſolatiū in talibꝰ v̄bis recipit. Sic multi nr̄m
crucē penitētie aſſumpſerūt in hac q̄dragesima ꝓ
ponēte ꝯ ire in illā celeſtē hieruſalē. Tales ei ſunt
vere ꝑegrini ſingulis eni diebꝰ poſt aſſumptionē
penitētie dietā vnā fecerūt ꝑegrinatiōis ſue. Hec
peregrinatio in h̄ ē excellentior alijs. qꝛ ꝓpter hāc
fiunt alie. Et ſi hec nō fiat alie parū valent. Beati
ſūt illi qui iā aſſumpſerūt ſi ꝑſeuerāt. ve autē illis
qui nōdū aſſumpſerūt cū tamē rex celi hoc tēpo-
re crucē aſſumpſit. Johā. xix. Baiulās ſibi crucē
exiuit i eū qui dr̄ caluarie locū. Et nullū reputat
de familia ſua niſi qui illā crucē aſſumit. Mat. x.
Qui nō accipit crucē ſuā ⁊ ſequit̄ me. nō ē me di-
gnus. Eccl'ia aūt ad ſolatiū eorū qui iā penitentie
crucē ceperūt. ⁊ ad ꝓuocandū eos qui nōdum aſ
ſumpſerūt. vt aſſumāt comendat celeſtē hieruſalē
dicēs. Illa aūt que ſurſū ē hieruſalē ⁊c. Hodie ap
propinquat nunciꝰ de celeſti hieruſalem. ſ. ap'ls ⁊
nunciat bona. ſ. ꝙ hieruſalē libera ē ⁊ mater nr̄a. i
regio ⁊ pr̄ia. Quia naturalr̄ quilibet diligit ⁊ deſi
derat patriā ſuā. Et ſic nos celeſtē patriā. Augu.
Feciſti nos dn̄e ad te. inquietū eſt cor noſtrū do
nec requieſcat i te. Heb. xiij. Nō habemꝰ hic ma
nentē ciuitatē ẜ futurā quā inquirimꝰ. Ideo non
deſideremꝰ diu viuere in h̄ mundo. quod figurat̄
Gen̄. xxviij. Iſaac ait ad Jacob. Noli accipe con
iugē de filiabus chanaan. ẜ vade in domū Batue
lis pr̄is mr̄is tue. ⁊ accipe tibi inde vxorē de filibꝰ

Laban. Spiritualiter. Laban interp̄tat̄ cādida-
tio. ⁊ ſignificat deū. hic habet duas filias. Rachel
et Lyam. i. gratiā ⁊ gloriā. pſ̄. lxxxiij. Gratiā ⁊ glo
riā dabit dn̄s. gloriā videlicet ꝑ ꝯtēplationē. For
tunatus in omelia. Nequaq̄ deus ſe aīe applica
ret niſi ſe in ꝯtēplatione erigeret. ideo ſume cru-
cem penitētie. In ſumma verborū ep'le huius
duo innuunt̄. Prīo ponit ſenſū hyſtoriacū ⁊ litte
ralē. ibi. Fr̄es ſcriptū ē. Scđo ſb̄dit ſenſū allegori
cū myſticū ſeu ſpiritualē. ibi. q̄ ſūt ꝑ allegoriā di-
cta. De p̄mo dic̄. Fr̄es ſcriptū ē. ſ. gen̄. xvj. ⁊. xxxi.
Quoniā Abrahā duos filios habuit. ſ. Iſmaelē
et Iſaac. Sed di. tñ habuit plures q̄ duos. vt pa-
tet Gen̄. xxv. ergo hoc ē inſufficiēter dictū. Rn̄de
tur. verū eſt. plures habuit q̄ duos. ẜ illi duo fuerūt
principales q̄s ſcriptura ꝯmemorat ꝓpter figurā
ſequētē. ſ. electorū ⁊ reproborū qui ꝑ illos figurā
tur. Ideo ſb̄dit. Vnū. ſ. Iſmaelē. de ancilla. ſ. de
Agar q̄ fuit ancilla Sare. Gen̄. xv. Et vnū de libe
ra. i. đ Sara. ſ. Iſaac. Nā ſara erat libera. qꝛ nept̄
Abrae ⁊ filia fratris ſui. Sed diceres. q̄re Abra
ham habet duas vxores. cū hoc ſit ꝯtra legē na-
re ⁊ ꝯtra p̄mā inſtitutionē cōiugij. Reſpōdet ma
giſter in. iiij. di. xxxiij. ꝓ varietate tēporū varia in-
uenit̄ diſpoſitio ꝯditoris. Prīo fr̄es ſororibꝰ ſūt
iuncti. poſt hoc nō ſed cognatis iuncti. Sed poſt
hec pene oēs falſis dijs adheſerūt. ⁊ paucis ꝑma
nentibus in vera fide. ꝯſultum ē a deo plures vni
ꝯiungere ne cultus dei deficeret. Aug. Antiq̄s pa
tribus illud nō erat peccatū quia nō gratia laſciui
endi ſed gignendi fecerunt. Sed diceres. Hoc
etiā faciā. Reſpōdetur nō. quia tūc nō erat ꝯtra p̄
ceptum vt modo. Etiā reſpōdetur ꝙ deꝰ ex ratio-
nabili cauſa diſpenſauit cū antiquis patribus an
te legē ⁊ poſt legem. ⁊ hoc ꝓpter multiplicationē
prolis ad cultū dei edificande. erant eni tunc pau
ci fideles. Sed qui de ancilla. i. Iſmael ſc̄m carnē
natus ē. id ē ſc̄m legē propagationis ſine vlla pro
miſſione de ip̄o facta ⁊ abſqꝫ vllo miraculo. Sic
patet Gen̄. xvj. Poterat eni agar iuuēcula natu-
raliter cōcipere de Abraam ſene. Qui aūt de libe
ra. ſupple natꝰ ē ſcꝫ Iſaac. ꝑ repromiſſionē. ſ. diui
nā a deo factā ⁊ cum diuino miraculo. qꝛ pater cē
tū annorū erat. ⁊ mater nonaginta. vt patet Gen̄.
xviij. Sed diceres quare apoſtolus dicit tantū
Iſaac per repromiſſionem natū. cum etiam legi-
mus promiſſionem eſſe factā. de Iſmaele. quia
in Geneſi. xvj. dicitur. Cum agar eſſet in deſerto
Sur. tunc apparuit ei angelꝰ domini dicēs Agar
ancilla Sarai. vnde venis aut quo vadis. Que re
ſpondit. A facie Saray domine mee ego fugio.
Cui angelus. Reuertere inquit ad dominam tu-
am. ⁊ humiliare ſub manu illius. Et rurſum. mul
tiplicans inquit multiplicabo ſemen tuum. Ecce
paries filiū. ⁊ vocabis nomen eiꝰ Iſmael. hic erit
hō verus. manus eiꝰ ꝯtra oēs. ⁊ manus oīm cō-
tra eum. Reſpondetur. ꝙ iſta ꝓmiſſio quando fa
cta eſt. tunc iam Iſmael erat conceptus. promiſ-
ſio vero Iſaac facta eſt anteq̄ conciperetur. vt pa
tet ex v̄bis angeli poſitis i Gen̄. xviij. c. Et ſic ap
paret yſaac nō ſc̄m ꝯſuetudinē humane nature eſ
ſe natum ſed per repromiſſionem ex longeuo pr̄e

UVA. BHSC. IyR_034_1

⁊ vetula matre nonagenaria. Dixi ſecūdo ſub-
dit ſenſum allegoricum ſeu ſpūalem dicēs. Que
ſunt ꝑ allegoriam dicta. i. ꝑ ſenſum alterꝝ ꝙ̄ verba
ſonare videntˀ. Vn̄ allegoria eſt qn̄ ex vno aliud i
telligitˀ. Vbi nota ꝙ quadruplex ē ſenſus ſacre
ſcripture. Primus hyſtoriacus quādo factū nar-
ratur ſicut eſt. vt dicit Iſido. in li. ethymo. Hyſto
ria eſt narratio rei geſte. Tropologicus ſenſus eſt
cū per hec que facta ſunt aliqua facienda mōſtrā-
tur. Allegoricus ē cum per id quod factum ē ali-
quod futurū intelligitˀ. Sed anagogicus ſm̄ aug.
eſt per quez de ſupnis ⁊ eternis tractatur. Verbi
gratia. hyſtoriace hieruſalē eſt ciuitas trena. Tro-
pologice eſt anima ſancta. Allegorice militās ec-
cleſia. Anagogice eterna patria. Hec em̄. ſ. libera
⁊ ancilla ſunt. i. ſignificāt duo teſtamēta. Abraam
em̄ q̄ interꝑtatˀ patˀ multarꝝ gentiū. ſignificat deū.
qui de duobus teſtamētis quaſi de duabus vxori
bus duos populos. ſ. iudaicū ⁊ gentilem. q̄ſi du-
os filios generauit. Vnū quidem in monte ſina.
ſupple dedit. ſ. vetus. vt patet Exod. xix. ⁊. xx. In
ſeruitutē generans. ſ. populū iudaicū. qui timore
pene deo ſeruierat ⁊ ꝓmiſſione tempaliū ꝑ occa-
ſionem. Que. i. cuius teſtamenti veteris figura ē
agar. id eſt ſignificatˀ ꝑ agar. Syna em̄ mons. i. ve
tus teſtamentū datū in monte ſina eſt in arabia. ſ.
minori. i. in humilitate ⁊ afflictione. quia humili-
abat ⁊ affligebat homines. Nam arabia interꝑta-
tur humilitas ⁊ afflictio. qui mons id ē teſtamētū
datū. cōiunctus eſt. i. ꝑ omnia ſimilis eſt ei q̄ nūc
ē hierl'm. i. ſinagoge vel iudaico populo. Nā ſicut
vetus teſtamentū penas minabatˀ ⁊ tempalia ꝓ-
mittebat. ita populus iudaicꝰ timore pene ⁊ amo
re tempaliū ſeruiebat. Et ſeruit cū filijs ſuis. i. pro
ſelitis. q̄ timore pene ſeruiūt legi. Ex his ptꝫ ꝙ lex
vetus non eſt ſeruanda. Tū quia in ſeruitute ge-
nerat. tum qꝛ timore pene homines humiliat. tū
quia a regno dei alienat. ⁊ ꝓpter tēpalia ſeruire fa
ciebat. tum qꝛ carnalibus obſeruantijs affligebat.
Tūc ſubdit. Illa aūt hierl'm. i. eccleſia de gentibꝰ
cōgregata. q̄ ſurſum eſt. ſ. ꝑ affectōem vel ſpem ce
leſtiū. ad Phil. iij. Conuerſatio noſtra in celis eſt
Nā eccia partim regnat cū xp̄o. ⁊ ꝑtim adhuc pe-
regrinatˀ in terris. ſ. corpore deorſuꝫ. mente ſurſuꝫ.
Hec libera ē. qꝛ non ex timore ſ; ex amore ſeruit.
nō ꝓpter tpalia ſ; ꝓpter celeſtia bona. Que ē matˀ
nr̄a. i. oīm credentiū. Et eccia ſignificatˀ ꝑ Saram
nam ſara interp̄tatˀ carbo. In carbone aūt ē calor
⁊ ſplendor. ⁊ ſic in eccia feruor charitatis ⁊ ſplen-
dor honeſtatis. Tropologice hierl'm eſt aīa. Prio
qꝛ ſurſum debet eē ꝑ affectionē ⁊ amorē. non deor
ſum ſ; ſurſum eleuata in ſpūalibꝰ ⁊ celeſtibꝰ. Col.
iij. Que ſurſum ſunt q̄rite ⁊c. Et hoc oſtēdit ſtatu
ra hois. qꝛ erectus ē. augu. Nō diſcrepet cor tuū a
facie tua vt facies tua ſurſuꝫ cor āt deorſuꝫ. Sci
endū tria alleuiāt aiaꝫ ſurſū. Primū pnia. qꝛ nālitˀ
leue aſcendit. ⁊ hoc facit pnia. Euſebiꝰ. Vnuſq̄ſqꝫ
fideliū cōfeſſione facta ſentit ſe naturalitˀ leuiatū.
Ratio. quia peccatū grauat. ps. xxxvij. Iniquita-
tes mee ſupgreſſe ſunt caput ⁊c. Secūdū ē elemo
ſina. Ratio. quia ea que ſunt puriora ſurſum ſitu
antur. impura deorſum. ꝓuerb. xv. Celū ſurſum.
terra deorſum. Sed elemoſina purificat. Luce. xi.
Date elemoſinā ⁊ omnia munda ſunt vobis. In
ſeipſo mundat a culpa. Eccli. xxx. Miſerere ani-
me tue placens deo. yſido. Quid ꝓdeſt alium pa
ſcere ſi tamen ꝓpria anima pereat fame. in proxi-
mo delet a pena. Terciū eſt oīonis inſtantia. Da
maſce. Oratio eſt mentis in deū eleuatio. ſ. quan-
do eſt feruens. Pſal. cxl. Dirigatur oīo mea ſicut
incenſum in cōſpectu tuo. Secūdo hieruſalē in
terp̄tatur pacifica. ⁊ ſic anima debet eſſe pacifica.
Primo cum deo. ſed non ſic peccatores ſunt pa-
cifici. Iſaie. xlviij. Non eſt pax impijs dicit domi
nus. Quia vbi odiū ibi non eſt pax. Eccli. xij. Al-
tiſſimus odio habet peccatores. Secūdo in ſeipſo
⁊ ſic non ſunt pacifici peccatores. pſal. xxxvij. nō
eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meoruꝫ.
ſcꝫ in conſciencia. Prouerbio. xxv. Tecta ꝑſtillan
tia in die frigoris ⁊ litigioſa mulier compantˀ. Sꝫ
boni. pſal. Pax multa diligentibus legem tuam.
Tercio cum proximo. Roma. xij. Si fieri poteſt
cum omnibus hominibus pacem habētes. quia
aliquando non poteſt pax fieri cum malis. ſ; bel-
lum ꝓpter deū. math. x. Non veni mittere pacem
ſed gladium. Pacem ſcilicet cum malis. Auguſ.
ad Bonifacium. Bellum excitatur aduerſus ma
los vt pax acquiratur. ideo dicit apoſtolus. Quā
tum ex vobis eſt. ad oſtendendum ꝙ debet eſſe in
preparatione animi. vt homo ſit paratus ex par-
te ſua habere pacem cum proximo ſi expedit. vel
dicit quantū ex vobis eſt ad oſtendendū ꝙ debeat
eſſe ſpontanea ⁊ nō coacta. vt quis coactus vel ti-
more alicuius mali eminētis pacem ſeruet. augu.
in libro de ciuitate dei. Pax ē hoim ordinata con
cordia. Tercio dicitˀ libera. ⁊ ſic anima. Primo
a peccati infirmitate. ad Roma. vj. Liberati a pec
cato ſerui facti eſtis iuſticie. Peccatum eſt ſicut i
firmitas grauiſſima que tollit ſenſum. guſtum et
ſpūm. Vnde aliquādo etiam infirmitas facit ali-
quē fatuū. ⁊ ſic peccatū. vn̄ peccatores fatuis pue
ris compantˀ. greg. Quid inſanius ꝙ̄ pro modica
delectatione carnis ſe obligare eternis ſupplicijs.
ꝓuer. i. Vſqꝫquo paruuli diligitis infantiā. ⁊ ſtul
ti ea q̄ ſibi ſunt noxia cupiēt. Quarto dꝫ eē fructi
fera quiā mater noſtra ē. Ad modū em̄ matris de
bet cōcipe bonuꝫ ꝓpoſitum ⁊ parere opus bonū.
Anagogice ꝑ hierl'm q̄ ſurſum eſt intelligitˀ eter
na patria. In hoc ꝙ dicit ſurſum eſt cōmendat eā
a ſitu. Et vere ē ſurſum. qꝛ in celo empyreo. In h̄
ꝙ vocat eam hierl'm cōmendat eam a pace. Inter
p̄tatur em̄ hierl'm pacifica vel viſio pacis. In hoc
ꝙ vocat eā liberā notat eius nobilitatē. In hoc ꝙ
dicit eā eē mrēm nr̄am oñdit eiꝰ charitatē ad nos
eo ꝙ multū debemus de ea ſperare ⁊ eam amare
Circa primū nota circa hoc ꝙ aliq̄ ciuitas in al-
to ē ſita ſolent tria bona ſequi. Primū ē mūdicia
quā ꝯſtat eſſe in ea. vn̄ apoc. xxj. Nihil coinquina
tū intrabit in eam. Zacha. ix. Replebuntur electi
q̄ſi phiale in domo dn̄i. Secūdū ē ſanitas quam
cōſtat eſſe in ciuitate illa. nullꝰ em̄ ibi infirmatˀ vel
moritˀ. apoca. xxj. Mors em̄ vltra n̄ erit neqꝫ luctꝰ
neqꝫ clamor. neqꝫ dolor erit vltra. Terciū ē ſecuri
tas. nō em̄ patent acceſſus hoſtiū qn̄ ciuitas ē ſita



UVA. BHSC. IyR_034_1

in loco alto. Securiſſima eſt ciuitas iſta. Nam in
mūdo iſto non eſt ſecuritas. Boni eñ timent ne
bonitatē ſuam ꝑdant. Job.x. Verebar oīa opera
mea ſciens ꝙ nō parceres delinquēti. Mali trepi
dant vbi nō eſt timor. aug. Timent illud qđ non
oportet. amant qđ non decet. vane dolent ⁊ vani⁹
gaudent. ideo ad Col.iij. Que ſurſum ſunt queri
te vbi xp̄s ē in dextra dei ſedens. q̄ ſurſum ſunt ſa
pite. non q̄ ſup terram. Circa ſecūdum. Eterna
patria dr̄ hieruſalē. i. viſio pacis. iuxta illud Iſa.
xxxij. Sedebit eñ populus meus in pulcritudie
pacis. ⁊ in tabernaculis fiducie. ⁊ in requie opulē
ta. In mūdo iſto nō ē perfecta pax de malis. hoc
patet Iſa.xlviij. Nō eſt pax impijs dicit domin⁹
In bonis videt̄ eſſe pax. p̄s. Pax multa diligenti
bus legem tuam. Sed ſm veritatē non eſt illis ꝑ
fecta pax. Quomō eñ aliqs habet pacē in domo
ſua q̄ malam habet vxorem ⁊ qnqꝫ filios querulo
ſos q̄ nūqꝫ ſatiantur. Mala vxor caro eſt que litē
⁊ bellū habet cū ſpiritu. Ro.vij. Video aliā legē
in membris meis repugnātem legi mentis mee.
Et ad Gala.v. Caro concupiſcit aduerſus ſpūm.
Quinqꝫ filij qrulosi ſunt qnqꝫ ſenſus. Eccl's.j. nō
ſatiat̄ oculus viſu nec auris auditu implet̄. Sic
ergo in nobis pacem non habemus. Ad ꝓximos
etiam non habemus pacem ꝑfecte cū multa i eis
videmus vñ ꝑturbamur. Cū deo etiā nō habem⁹
ꝑfecte pacē. qꝛ eum freqnter offendim⁹. ⁊ qꝛ mul-
ta fiūt ab eo q̄ nobis nō placent. Sed in ſuperna
hieruſalēʒ erit pax hec triplex ꝑfecte. qꝛ voluntati
dei i nullo diſcordabim⁹. ⁊ nihil diſplicebit nobis
in illa ſancta ſocietate. Et corꝑib⁹ nr̄is dn̄abimur
ꝑfecte. p̄s.xxxvj. Et delectabūtur in multitudine
pacis. Circa terciū nota eius nobilitatē. cū dicit
libera ē. Nota in ſupna hierl'm multiplex ē liber-
tas. Prima a ſeruitute tyrannica. Xp̄s eñ qui ve-
re deus eſt ibi ſe habet vt ſponſus ⁊ amicus. Joh.
xv. Jam nō dicā vos ſeruos ſꝫ amicos. Secūda li
bertas erit a ſeruitute peccati. qꝛ ibi erit annus iu-
bileus ꝑpetuus ꝗtum ad electos. In āno eñ iu-
bileo oīa libere dimittebātur. vt hr̄ Leuiti.xxv.
Tercia libertas erit a carcē corꝑis. q̄ carcer adeo
ſordidus ē vt ꝑ feneſtras lutuʒ exeat. de quo carcē
Ro.vij. Quis me liberabit de corꝑis mortis hui⁹
p̄s. Educ de carcere aīam meaʒ. Quarta libertas
erit a miſeria hui⁹ exilij. Apoc.xxj. Aſterget deus
oēm lacrimā ab oculis ſanctoꝝ. Circa quartuʒ
in hoc ꝙ dicit. mat̄ nr̄a ē. oñdit nobis ꝙ ciues hu-
ius ciuitatis hierl'm nos iō amāt vt a nobis amari
debeant. Mr̄ eñ amat ⁊ amat̄ amat eñ filios ſu-
os. qꝛ care comꝑauit eos. Filij etiā amant mr̄em
ea de cauſa. qꝛ multa paſſa ē ꝓ eis. Thob.iiij. Ho
norē habebis mr̄i tue oībus dieb⁹ vite ei⁹. Me
mor eñ eſſe debes q̄ ⁊ quāta paſſa eſt ꝓ te in vte-
ro ſuo. Sic ſancti qui ſunt in ſupna hierl'm multa
paſſi ſunt ꝓ peccatorib⁹. Nō tantū dolorē paſſa ē
mater tūa ꝓ te quantū xp̄us in cruce. Multū eñ
paſſus eſt paulus ⁊ petrus ⁊ alij ſancti ꝓ peccato
ribus. Zelus eñ quem habebant circa circūciſio-
nem peccatoꝝ eos occidit. ideo multū ſunt diligē
di ab his qui ſunt in eccleſia militante. Et feſta eo
rum debent in magna reuerentia laudari. Et ma-
gnam fiduciam haberē debent ad eos ſicut filia i
matre. Quia apoſtoli ⁊ ſancti martyres atqꝫ p̄di-
catores qui nos p̄ceſſerunt. ipſi pregenuerūt nos
in fide xp̄i ſua doctrina ⁊ ſuis ſcriptis atqꝫ exem-
plis. De qua generatōne dicit apoſtolus ipis co-
rinthijs. j. ad Corinth.iiij. Per euangeliū vos ge
nui. ideo ſubdit. Letare ſterilis que non paris. id
ē peccator q̄ nō pariebas filios bonoꝝ opeꝝ. q. di.
Quia nūc eſt tempus gratie ⁊ penitentie. Erūpe
⁊ clama. ſ. in gaudiū p̄ nimia iocūditate. Pro q̄
ſciendūʒ hec dominica vocatur dominica leticie.
ideo totum officiū miſſe incitat ad leticiam. quod
patet primo ꝑ introitum letare hieruſalē ⁊c̄. Iſa.
vlt̄. Sicut eñ pater ducens filios ꝑ deſertum veni
ens in mediū montis dicit. Letamini qꝛ ſumus i
medio. Et ſic de⁹ pat̄ hodie in toto officio. Reue-
ra letandū. Iſido. de ſum. bo. Qui future vite p̄-
mia diligenter cogitat. oīa mala eqnimiter tole
rat. Nota multa genera hoīm letāt̄. Primo ca-
ptiui in carcere de liberatione. Et ſic nos. Iſa.lv.
In leticia egrediemini ⁊ cū pace deducemini. ſcʒ
de captiuitate babylonica. Et hoc figurat̄ in trib⁹
dominicis p̄cedentibus vbi agit̄ de inuexatōe di-
abolica. Et ſic nunc ſumus liberati. Nam vitulus
ligatus ſalit cū ſoluit̄. p̄s.cvj. Eduxit eos de tene-
bris ⁊ vmbra mortis. ⁊ vincula eoꝝ dirupit. Se
cundo letant̄ errantes de cognitōne vie. ⁊ ceci de
illuminatione. ⁊ ſic nos. Sap̄.v. Erranim⁹ a via
veritatis ⁊c̄. j. Pet̄.ij. Eratis ſicut oues errantes.
ſꝫ cōuerſi nūc eſtis ad paſtorem ⁊ epiſcopū aīaruʒ
veſtrarū. Et ceci illuminati ſunt. Pſal'.xcvj. Lux
orta eſt iuſto. ⁊ rectis corde leticia. Tercio pau-
peres letātur de inuentione pecunie ⁊ burſe. ⁊ ſic
de alijs. Et ſic nos inuenimus theſaurum ſciētie
⁊ ſapientie. Pſal. Videant pauperes ⁊ letentur.
querite dominū ⁊ viuet anima veſtra. Vere pec-
catores ſunt pauperes Eccl'es.ix. Qui in vno pec
cat multa bona perdet. math.xiij. Simile ē regnū
celorum theſauro abſcondito in agro. id eſt filio
dei in carne abſcondito ⁊c̄. Quarto quando ſte
rilitas ceſſauit. ⁊ ſic nos in epiſtola ad Galat.iiij.
Letare filia que non paris. Luce.j. Amici gaude-
bant cum eliſabeth. quia ſuſtulit opprobriū in ſra
hel. Quinto quādo peſtilentia ceſſauit. Hiere.
ix. Mors intrauit per feneſtras noſtras. ſcilʒ ſen-
ſuum. Luce.xv. Epulari ⁊ gaudere oportet. qꝛ fra
ter tuus hic mortuus erat ⁊c̄. ideo hodie mors ex
pellitur. Sexto quando ſeruus a malo ſeruitio
ad bonum venit letatur. ⁊ ſic nos. Johā.viij. Qui
facit peccatum ſeruus eſt peccati. ij. Pe.ij. A quo
quis ſuperatur huius ⁊ ſeruus eſt. Sed nūc habe-
mus bonū ſeruitiū. pſal'. Jubilate deo omnis ter-
ra. ſeruite domino in leticia. Figurat̄ mat.ij. Re-
ges gauiſi ſunt de inuentione ſtelle perdite.

De eodem.

Sermo.lij. De euangelio.

## Ic eſt vere propheta

b Joh.vj. Iſti hoīes quinqꝫ panū mira
culo illumiati. viſitati cog̃ſcūt ⁊ dicūt. hic
ē vere ꝓpha. Attēde ꝙ dicūt ve. Et iuxta hoc attē-
dendū ē ꝙ ſacra ſcriptura ſb atteſtatione veritatis

UVA. BHSC. IyR_034_1

nobis inſinuat humanā fragilitatē. angelicā cha-
ritatē. diuinam auctoritatem. diabolicam impor-
tunitatē. De primo yſa. xl. Vere fenū ē populus.
exiccatū ē fenū ⁊ cecidit flos. i. pulcritudo carnis
vel gloria mundana. O ꝗ̄ miſerabile eſt hodie. hō
ꝑ tranſitoriam vitam vireſcit. cras ꝑ mortē vel ad-
huc hodie ſicut fenū areſcit. mat. vj. Si fenū agri
quod hodie ē ⁊ cras in clibanū mittit deus ſic ve
ſtit ⁊c. Vbi ergo ē flos impioꝝ tēpalis qñ qua-
ſi fenū aridū mittent in clibanū ignis. augu. Flo
rent in ſeculo. areſcūt in iudicio. ⁊ poſt ariditatem
in ignē mittētur. O dñe deus ſi fenū eſt homo. er-
go cibus eſt iumentoꝝ. Certe ſic. Peccator em̄ ci-
bus demonū ſpūaliter ē. Job. xl. Ecce behemoth
quem feci tecū fenum quaſi bos comedet. Behe-
moth ē diabolus. quia interꝑtatur animal aut be
ſtia. ꝑs. lxxiij. Ne tradas beſtijs animas ꝯfitentiū
tibi. De ſecūdo Act. xij. Nūc ſcio vere quia mi
ſit dominus angelū ſuū ⁊ eripuit me de manu he
rodis. Herodes ē diabolus de cuiꝰ manu freqñt
nos eripit angelus. ꝑs. xxxiij. Immittet angelus
domini in circuitu timentium eum. ⁊ eripiet eos.
Vere aūt eripit nos in morte dū per angelum de
carcere huiꝰ mūdi educimur. Luc. xvj. Factum ē
aūt vt moreret mendicus ⁊ portaret ab angelis ī
ſinū abrahe. Tūc ꝑ angelū primā ⁊ ſecūdā cuſto-
diam demonū euadimus. Primā quā habet con
tra veniētes. Secūdam quā hñt cōtra decedētes.
ꝑs. cxlj. Educ de cuſtodia animā meā ⁊c. His trā-
ſitis porta ferrea. i. aditus celi vltro aperit. Ferrea
dī ꝓpter firmitatē. ꝑs. cxlvij. Quoniā confortauit
ſeras portaꝝ tuaꝝ. augu. Hieruſalē ſecura eſto. ſe
cure lauda. ſine fine lauda. fortiter clauſe ſunt por
te tue. non exijt amicus nō intrat inimicus. De
tercio dī. Hic eſt vere ꝓpheta. Mirabant de pote
ſtate quā faciebat in quinꝙ panibꝰ. ⁊ non mirant
homines de ptāte quā adhuc hodie dñs oſtendit
in omnibꝰ panibus mūdi. quos de paucis granis
multiplicat. Poſſunt etiā ꝗnꝙ panes ordeacei
ꝗnꝙ partes pnīe ſignare q̄ ſunt cōtritio. confeſſio
ieiuniū. oīo. elemoſina. quibus anime nr̄e optime
cōfortant. Figurat. iij. Reg. xix. vbi dicit. Angelꝰ
oñdit helye ſuccinericiū panē ⁊ vas aq̄ de quo co
medēs ⁊ bibēs ambulauit in fortitudine cibi illiꝰ
xl. diebus ⁊. xl. noctibus vſꝙ ad montē dei oreb.
Panis ſuccinericiꝰ pniam ſignificat. Penitētes
em̄ in cinere penitere ſolent. Lu. x. Olim in cinere
⁊ cilicio ſedētes peniterēt. Et qr pnia cū lacrimis
fieri debet idō vas aq̄ ad caput oſtēditur. Hiere. ix.
Quis dabit capiti meo aquā. ⁊ oculis meis fon-
tem lacrimaꝝ. ⁊ plorabo die ac nocte. Quadragi-
ta ſunt q̄ter. decē. xl. ergo dies ſignificāt totū tp̄us
quo ſm legē q̄tuor euāgeliſtaꝝ ⁊. x. mandatorum
bñ viuēdo ambulare debemꝰ vſꝙ ad montē cele-
ſtis pr̄ie. Oreb em̄ mēſa interꝑtat. Luc. xxij. Ego
diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pr̄ meꝰ regnū.
vt edatis ⁊ bibatis ſuꝑ mēſam ⁊c. De q̄rto yſa.
xxxvij. Vere em̄ dñe deſertas fecerunt reges aſſy-
rioꝝ terras ⁊ deos eaꝝ dederūt igni. Reges iniq̄ꝝ
ſunt demones. Job. xlj. Ipſe ē rex ſuꝑ oēs filios ſu
perbie. Terra ſignat eccīas xp̄i q̄ ſunt plures par
ticulares. licet vna ſit vniuerſalis. Sed q̄ ſunt dij.
deus bonus eſt. potens ē. ſapiēs eſt. Boni ergo et
potentes ⁊ ſapiētes ꝑ deos figurant. Pſal. lxxxj.
Ego dixi dij eſtis ⁊c. Exo. vij. Ecce cōſtitui te deū
pharaonis. Diabolus quoꝙ ait Geñ. iij. Eritis ſi
cut dij ⁊c. Bern. O maligne. o maliuole. ad quid
eis ſilitudo huiꝰ vite ⁊ ſcie proſunt. Certe ſunt ſi-
cut dij recti. iuſti ⁊ veraces. Tales deos ſepe de-
mones igne iniq̄tatis ſuccendūt. Legit q̄ chaldei
ignem ꝓ deo colētes ꝑ hoc deū ſuū potentiſſimū
ꝓbauerūt q̄ omēs alios deos conſumeret. Dein-
de alia gens ydoluꝫ ſuū aqua impleuit. ⁊ foramina
parua in ipō faciens cera obſtruxit. ⁊ ſic aqua erū
pens ignē extinxit. Sic nos aqua gr̄e. ⁊ cōtritiōis
impleti extinguere debemus ignē vicioꝝ ꝑ fora-
mina lacrimantiū oculoꝝ. Gre. Extinguamꝰ fle-
tibus peccata. ⁊ dignis penitētie fructibus vt per
culpas tempora indulta non pereāt.

Feria ſecūda Sermo. liiij.

# Nolite facere domum

patris mei domū negociationis. Jo. ij.
math. xxj. mar. xj. ⁊ Lu. xix. Peregrini
⁊ mendici ſolent petere elemoſinā in honore illo-
rū ſanctoꝝ quoꝝ limina frequentāt. ⁊ in quibꝰ no
minibus ſperant exaudiri. Spūaliter. Et ſic nos
mendici. ꝑs. lxxxv. Quoniam inops ⁊ pauꝑ ſum
ego. Et ꝑs. xxxviij. Peregrinus ſum apud te ſicut
omnes pr̄es mei. Ergo quicquid debemus habe-
re debemus petere a deo. j. ad Corinth. iiij. Quid
habes quod non accepiſti a deo. quaſi diceret ni-
hil. Ergo debemus petere in nomīe illius in quo
ſperamus exaudiri. ſ. in nomine ieſu. Johan. xvj.
Quicquid petieritis in nomine meo fiet vobis. ⁊
Actu. iiij. Non eſt nomen ſub celo datum homi-
nibus in quo oporteat nos ſaluos fieri ⁊c. Quod
conſiderauit dauid dicens. Propter nomen tuuꝫ
domine ꝓpiciaberis peccato meo. multum ē em̄.
pſal. xxiiij. Et ſic petit eccleſia hodie. Deus in no-
mine tuo ſaluū me fac. ⁊ in virtute tua iudica me.
Exaudi deus orationem meam. pſal. liij. Nota
hunc pſalmū fecit dauid cum fugit a facie ſaul. j.
Regū. xxiij. Et in deſertum Ziph. Tūc ziphei ve-
nerunt ad ſaul dicentes. Dauid ecce latitat apud
nos in colle achile. ecce nunc veni. ⁊ ſicut deſide-
rauit anima tua vt deſcenderes deſcende. noſtruꝫ
autem erit vt tradamus eum in manus tuas. Di-
xitꝙ ſaul. Benedicti vos a domino quia doluiſtis
vicem meam. Abite ergo oro ⁊ diligentius prepa
rate ⁊ curioſius agite. ⁊ conſiderate locum vbi ſit
pes eius velociter. vel quis viderit eum vbi di-
xiſtis. ⁊ reuertimini ad me vt vadam ad rem cer-
tam vobiſcum. q̄ etiam ſi in terram ſe obſtruxerit
perſcrutabor eum in cunctis milibus iuda. At il-
li ſurgentes abierunt in ziphante ſaul. ⁊ ſaul poſt
eos. ⁊ nunciatum eſt Dauid. ⁊ fugit in deſertum
maon. ⁊ fecit pſalmum iſtum in fuga. Item pere-
grini etiam ſolent accedere talia loca vbi inueni-
unt perſonas eis elemoſinas preſtantes. Et ſic
nos debemus petere in loco ſcilꝫ vbi deus ſit. ſci-
licet in templo. pſal. x. Dominꝰ in templo ſancto
ſuo. Et ſic inuenit eum mater eius Luc. ij. Ibi de
bemus eum petere. Et ſic Salomon ꝓuerb. xxx.

62

UVA. BHSC. IyR_034_1

Mendicitatem ꝛ diuitias ne dederis mihi.tribue
tm̄ victui meo neceſſaria. Et ſic facit eccia in col-
lecta.ſ. Preſta q̄ſumus omnipotens deus vt ob-
ſeruationes ſacras annua deuotione recolentes ꝛ
corpore tibi placeamus ꝛ mente. Licet deus vbi-
q̄ ſit.tm̄ ſpecialiter promiſit nos exaudire in tem-
plo.ꝛ ſic ſalomon petijt ſapientiam ꝛ exauditus
eſt.vt patꝫ in epiſtola.iij. Re.iij.ita ꝙ audiuit oīs
iſrael iudiciū iuſtū qđ iudicaſſet. ꝛ timuerunt re-
gem videntes ſapientiā dei eſſe in eo.Et hoc acq̄-
ſiuit ex eo ꝙ decorauit domū dn̄i. Et ſic nos debe
mus honorare domū dei vt eo citi⁹ exaudiamur.
p̄s.xcij. Domū tuaꝫ domine decet ſanctitudo ꝛc̄.
Et hoc decet domin⁹ in euangelio.Nolite facere
domū pr̄is mei ꝛc̄. In ſumma euangelij tria in
nuūtur. Primo paterne habitatōnis mūdicia af
fectata qđ venderiū probat eiectio.ibi ꝓpe erat pa
ſca ꝛc̄. Secūdo tāgitur interne aduertentie exp̄ſ-
ſio.ibi.Rnderunt ergo ꝛc̄.Tercio tangit̄ ſupne cō
uerſatōnis euidētia demonſtrata.ibi.Cū aūt eſſet
hieroſolimis. De p̄mo dr̄.Et ꝓpe erat paſca iu-
deoꝝ.ꝛ aſcendit ih̄us hieroſolimā. Vbi ſcien-
dum ꝙ euangeliſta volēs oſtendere quō ſaluator
domū pr̄is ſui mūdauit. premittit quō mūdandi
cauſa hieroſolimā aſcendit vt viſum ē. quia xp̄us
vſq̄ ad paſſionem ſuam legem voluit obſeruare.
mat.v. Non veni ſoluere legem ſ3 adimplere. In
lege aūt Exo.xxiij.habet̄.ꝙ in tribus ſolēnitatib⁹
in anno iudei videbātur conuenire in hierl'm.ſ.in
paſca.penthecoſtes.ꝛ in feſto tabernaculorū .De
vltimis duabus diſpenſabat̄ cum illis q̄ a remo-
tis erant.ſ3 de prima nequaq̄. Hanc legem obſer
uans venit in hierl'm xp̄s. Ad exemplū ergo eius
debem⁹ ſollicite diuina p̄cepta obſeruare.Scđm
Alchuinū videt̄ ꝙ homies nō aſcendunt ad feſti-
uitates dei.nec celebrant paſca ſiue feſta. cū tm̄ dei
filius deū pr̄em in his honorauit.hec ille .S3 ſm
euangeliſtā nō ſimpliciter dixit.ꝓpe erat paſca .ſ3
addidit iudeoꝝ.ꝛ hoc duplici de cauſa. Pria quā
do aliq̄ feſtū aliqđ ſancte ꝛ pure celebrāt. dicūtur
dn̄o celebrare.al's v̄o non dn̄o ſ3 ſibi. Iſa.j.kalen-
das veſtras ꝛ ſolennitates odiuit aīa mea. Iudei
ergo q: nō fructū animaꝝ q̄rebant.ſ3 ſuū lucꝝ tm̄.
ideo dixit paſca iudeoꝝ. Vel hoc dixit ad differē
tiā noſtri paſcatis.q: iudeoꝝ fuit figurale.nr̄m v̄o
veꝝ.j.ad Coꝝ.v. Paſca nr̄m immolat⁹ eſt xp̄us.
Et inuenit in teplo vendentes oues ꝛ boues ꝛ co
lūbas ꝛ numularios ſedētes. In q̄ notat̄ viciū ſa-
cerdotū domū dei polluentiū. Primo ſciendū
ꝙ q: aialia p̄dicta nō poterāt de longinq̄ adduci.
ideo ſacerdotes cupiditate ducti ſtatuerūt ea in tē
plo vbi erat altare thimiamatis ꝛ candelabrū vbi
hoies orabāt ꝛ doctores docebāt. ſ3 nō in atrio ſa-
cerdotū vbi erat altare holocauſtoꝝ. Et hoc fece-
rūt vt de longinq̄ veniētes nō hr̄ent excuſationeꝫ
de oblatōnib⁹ obmittēdis.ſ3 ꝓpter eos q̄ nō habe-
bant pecunias poſuerūt ibi campſores q̄ ſub cau
tione tradebant pecunias.capiētes aliqua munu
ſcula parua.nō pecunias ne viderentur facere cō-
tra legē.Deut.xxiij. Non fenerabis fratri tuo ad
vſuram pecuniam. quod tm̄ ꝓhibuit dn̄s Ezech.
xxij. Vſuram ꝛ omnē ſuperabundantiā non acci
pietis. vn̄ de iſto vicio auaricie ſacerdotū dixit ꝓ-
pheta Iſa.lvj.ca. Paſtores eius neſcierūt intelli-
gentiam. omēs in viā ſuam declinauerūt.vnuſq̄ſ-
q̄ ad auariciā ſuam a ſummo vſq̄ ad nouiſſimū.
Myſtice boues vendūt q̄ ſcripturam ſacram ꝓ
pter honorē p̄dicant. A bobus ſacra ſcriptura ve-
nit.i. a ſanctis patribus qui portauerūt iugū dn̄i.
Oues vendunt q̄ opera pietatis ꝓpter vanitatem
mūdanā faciūt.Colūbas q̄ dona ſpūſſancti vēdūt
ꝛ ſacramenta. Act.viij. Pecunia tua tecū ſit in ꝑ
ditionem.Numularij ſunt q̄ dant bn̄ficia ꝓpter re
tributionē tpalem. Heu q̊t ſunt vendētes ꝛ emen
tes in eccl'ia.qđ cōq̄ritur Hiere.vj.c.A maiore vſ-
q̄ ad minorē oēs auaricie ſtudēt.Amos.ix.Aua-
ricia in capite omniū ꝛ nouiſſimū eoꝝ in gladio
interficiaꝫ.Glo.ſicut omēs ſenſus in capite. ꝛ ſic
in omībus ſenſibus ē cupiditas reꝝ tpaliū.vt ptꝫ
intuenti.ideo nūc ſequit̄ duplex remediū cōtra vi
ciū ſacerdotū.ſ.operis ꝛ oris. vt doceret eos q̄ cu-
ram hn̄t eccleſie.ſubditos verbo ꝛ facto debē cor-
rigere. Primo remediū opis ponit̄.cū feciſſet q̄-
ſi flagellū de funiculis oēs eiecit de tēplo. Oues
quoq̄ ꝛ boues ꝛ numularioꝝ effudit es ꝛ menſas
ſubuertit. Vbi ſciendū ꝙ non ſolū animalia. ſ3
etiā homines eiecit. Sed di.quare nō reſiſtebāt
ei: Dicendum ꝙ diuina virtus in illo facto opera
batur que opabātur in effectu quando volebat.ſi
cut patet Ioh.xviij.vbi ꝓſtraſſe dicit̄ eos qui euꝫ
capere volebant.ſic ꝛ hic.Ex oculis em̄ eius q̄daꝫ
fulgur exibat qui eos terrebat ꝙ ei reſiſtere nō au
debant. Sciēdū myſtice ſm aug. ꝙ deus de pec
catis noſtris ſumit materiā vnde nos puniat. ip̄a
em̄ ꝓtelatio peccatoꝝ ſm ꝙ peccata peccatis ad-
dūtur quidam funiculi dicūtur.ꝓuer.v. Funib⁹
peccatoꝝ ſuoꝝ conſtringitur.Et Iſa.ij. Ve q̄ tra-
hitis iniquitatem in funiculis vanitatis. S3 di
ceres.quare fecit flagellū de reſticulis cū ſolo ver
bo eos potuiſſet eieciſſe. Reſpondet̄ ſm auguſ.vt
doceret ꝙ ab ip̄is erat flagellādus. ideo prior eos
flagellauit.Secūdo ad deſignandū multiplex fla
gellum peccatoꝝ. Primū ē flagellū correctōis le-
uiter verberās quo flagellat̄ iuſtus ſicut veſtis fla
gellat̄ vt de ea puluis excutiat̄.p̄s.xxxvij. Ego in
flagella paratus ſum. Nam dominus leniter fla-
gellat bonos ſicut puer flagellatur vt efficiat̄ do-
ctus.Eccl'i.xxx.Qui diligit filiū aſſiduat ei flagel
la. Hebre.xij. Flagellat dominus omnē filiū quē
recipit. Secūdo repitur flagellū punitōnis vulne
rans grauiter.Et formatur de reſtibus peccatoꝝ.
Et ſic pharao flagellatus eſt.p̄s.xxxj. Multa fla-
gella peccatoris. Reuera hic ꝛ alibi peccator fla-
gellat̄.Et dicūtur multa multiplici de cauſa. Pri
mo q: omnia cedūt eis in malū.auguſti.in medi-
tatōnibus. O miſera ſors flagitioſi hoīs ſiue bo-
nū ſiue malū.pariter omīa ſunt illi tormenta.Se
cūdo quia ſingulis peccatis ꝛ ſingulis membris
quibus homo peccat correſpondet pene ſingule.
Bern̄.in quodaꝫ ſermone q̄ incipit. Regio auſtra
lis iehennalis anguſtie nō hn̄t meritū.nō recipiūt
interſticiū.neſciunt remediū.ſingulis exceſſibus.
ſingul' mēbris q̄ fuerūt arma iniq̄tatꝭ debet̄ pena
Attēde aūt ꝙ ſi illa q̄ videbāt̄ aliquo modo licita

UVA. BHSC. IyR_034_1

63



⁊ quaſi ad cultū̄m dei ordinata de templo eiecit.
quanto magis ſi inueniſſet illicita. Unde Beda.
Quid ergo fratres mei q̄d putamus dominus fa
ceret. ſi rixis deſidentes. ſi fabulis vacātes ſi riſu
diſſolutos vel alio quolibet ſcelere reppererit ir
retitos. hec ille. Uñ ap̄l'us tales rep̄hēdēs. j. coꝝ.
xj. dicit. Nū̄quid domos nō habetis. ſ. ad agenda
vel loquēda ſecularia aut eccīam dei cōtemnitis.
Et Hiere. xj. Quid eſt ꝙ dilectus meus in domo
mea facit ſcelera multa. Et yſa. xxvj. In terra ſctō
rū iniqua geſſit. ⁊ nō videbit gloriā dñi. Et q̄ꝛ tem
plū dei ciuitas dr̄. p̄s. lxxxvj. Fundamenta eius ī
montibus ſanctis. ideo metuēda eſt ſentētia apo
ſtoli. j. ad Coꝝ. iij. dicētis. Si quis templū dñi vi
olauerit diſperdet illuꝫ deus. Et ſententia iudicis
dicentis. Diſperdet de ciuitate domini om̄es qui
operant̄ iniq̄tatē. Remediū oris ponit̄ cū ſubdit̄
Et his q̄ columbas vendebant dixit. Auferte iſta
hinc. ⁊ nolite facere domū p̄ris mei domū nego
ciatōnis. zacha. xiiij. Non erit vltra mercatori do
mo dñi. Et dicit in textu. domū p̄ris. ⁊ nō mei. ad
denotandū honoreꝫ p̄ris. Jo. viij. Ego honorifico
p̄rem meuꝫ ⁊c̄. aug. In oratorio nemo aliud agat
niſi id ad qꝺ̄ factū eſt. Principalit̄ tñ negociatio
nes non debēt fieri in domo dei. vt hr̄. vj. decreta.
de immunita. eccle. ⁊ religioſoꝝ locoꝝ. c. decet do
muꝫ domini vbi dr̄. Ceſſent in eccleſijs carūꝗꝫ ci
miterijs negociatōes. p̄cipue nūdinaꝝ ac fori cu
iuſcūꝗꝫ tumultus ⁊c̄. Nota negociatio ꝓhibet̄
Primo q̄ꝫtum ad ſtatum. ⁊ ſic clericis ꝓhibet̄ ſal
tem q̄ꝫtum ad lucrū ⁊ ad cupiditatē. Primo pro
pter frequētia vicia inde ꝓuenientia. Prouer. xx.
Malū ē malū eſt dicit omnis emptor. ⁊ cū receſſe
rit tūc gloriabit̄. Secundo retrahit a curis ſp̄ūali
bus. ij. Thimo. ij. Nemo militās deo implicat ſe
negocijs ſecularibus ⁊c̄. Secūdo quo ad locū vt
in tēplo. ⁊ hoc ꝓpter fraudulentiā. Unꝺ̄ Leo pa
pa. Difficile ē inter vēdentis ⁊ ementis cōmerciū
nō interuenire pctm̄. Apoca. xiij. Et ne quis poſſꝫ
emere niſi q̄ habeat caracterē aut nomen beſtie. i.
fallaciā v̄boꝝ vel reꝝ. Ubi ſciēnduꝫ ꝙ ſolo verbo
iſtos amouit. q̄ꝛ ſimoniaci primo fugādi ſunt de
eccīa ꝑ excōicationē. ⁊ q̄ꝛ q̄ꝫdiu viuūt p̄nt ſe cōuer
tere nō ſunt deſpiciēdi. Si v̄o nō cōuertāt̄ tūc nō
ſolū ſunt fugandi. ſꝫ ⁊ ligandi cū illis mat. xxj. Li
gatis manibus ⁊ pedib⁹ ⁊c̄. Attēde aūt math. xxj.
dicit. Nolite facē domū meā ſpelūcā latronū. hic
v̄o dicit. domū negociationis. In hoc facit ſicut
bon⁹ medicus q̄ primo a leuioribus incipiēs. po
ſtea dura ꝓponit. vñ xp̄us q̄ hoc factū egit ſ̄m Be
dam qꝺ̄ hic enarrat̄ de expulſiōe. ideo primo eos
nō latrones vocat. ſꝫ negociatores. Sed q̄ꝛ ex eo
rū duricia a tali negociatione nō ceſſabant. iꝺ̄ do
minus alia vice vocat eos latrones. Sciēnduꝫ
ꝙ licet iudei xp̄um ꝑſeq̄bant̄ ex eo q̄ꝛ dicebat deū
p̄rem ſuū. vt hr̄ Johā. v. tñ in hoc loco de hoc non
ſunt turbati ꝙ deū dicebat patrem ſuū. q̄ꝛ ibi itel
lexerunt ꝙ diceret ſe filiū dei naturalem. hic v̄o ꝙ
ſolū ſe diceret filiū adoptionis. Recordati v̄o ſūt
diſcipuli eius quia ſcriptum eſt. Zelus dom⁹ tue
comedit me. Zelus dicit quandā intenſionē amo
ris. qua intenſe deū diligēs nihil ſuſtinet qꝺ̄ amo
ri ſuo repugnet. Et inde ē ꝙ viri intenſe diligētes
vxores ſuas. qui nec in eis ſuſtinent alioꝝ conſor
tiū. vtpote amori cōtrarium zelotipi dicūtur. Ille
igit̄ zelum dei habet qui nihil patienter cōtra ho
norem dei quē maxime diligit ſuſtinet. iij. Regū.
xix. Zelo zelatus ſum ꝓ domino exercituuꝫ. Sic
⁊ nos ꝓ decore domus dei zelus comedit dum ſi
quid contrariū fieri videmus. ſtudemus etiā quā
tūcūꝗꝫ chari noſtri ſunt qui hec faciūt remouere
non timentes ꝓpter hoc aliqua mala perpeti. vñ
glo. Bonus zelus eſt feruor animi quo mēs abie
cto timore ꝓ defenſione veritatis accenditur. Ab
eo comeditur qui quelibet praua que viderit cor
rigere ſatagit. ſi nequit tolerat ⁊ gemit. Uñ berñ.
ſuper Can. ſermo. xij. Etenī ſi amares dominū ie
ſum toto corpore. tota anima tua ⁊ tota v̄tute. nū
quid ſi videres ei iniurias contemptumꝗꝫ inferre
nullaten⁹ equo animo poſſes ſuſtinere. Sꝫ mox
recepto ſpiritu iudicij ⁊ ſpū ardoris ⁊ tanꝗꝫ potēs
crapulatus a vino repletus zelo phinees. diceres
cum dauid. Tabeſcere me fecit zelus meus q̄ꝛ ob
liti ſunt verba tua inimici mei. Et cū domino. Ze
lus domus tue comedit me. hec ille. Unde Aug.
in perſona xp̄i dic̄. Quoniā zelus domus tue co
medit me. id eſt q̄ꝛ perſecutus ſum in illis iniqui
tatibus ip̄oꝝ non patienter tuli quos ſic corripui
quia queſiui gloriam tuam in domo tua. quia fla
gellaui in templo male verſantes. Ubi zelus do
mus tue comedit me. dixerūt enim. hic alien⁹ hic
hoſpes. hūc neſcimus vnde ſit quod non dicerent
ſi agnoſcerent vnde ſim. ⁊ ſi agnoſcerent ea q̄ mā
daſti. Si enī inuenirem illos ſeruantes mandāta
tua zelus domus tue comederet me. hec ille. Di
xi ſecundo tangitur interne aduertētie expreſſio.
quod interrogantiū probat preſumptio cum ſub
dit. Reſponderunt ergo iudei ⁊ dixerūt ei. Quod
ſignum oſtendis nobis quia hec facis. quia iudei
vidētes chriſtū eos cum poteſtate eijcere mirabā
tur. vnde ſibi hec poteſtas data eſſꝫ. Ideo poteſta
tis ſue ⁊ auctoritatis ſignū querunt dicentes. Qꝺ̄
ſignum oſtendis nobis. quaſi dicerent. Non vi
detur hoc eſſe tui officij. nec credimus hoc tibi li
cere ꝙ tanta poteſtate ⁊ auctoritate nos expellis.
iudeis nāꝗꝫ familiare fuit ſigna querere. iuxta illꝺ̄
j. ad Corinth. j. Iudei ſigna querūt. Et p̄s. lxxiij.
Signa noſtra non vidimus ⁊c̄. quia per ea vocati
fuerūt ad fidem ⁊ ad legem. Deutrono. vlti. Nō
ſurrexit vltra propheta in iſrael vt Moyſes ⁊c̄. Et
non querebant ſigna a xp̄o vt crederent. ſed qua
ſi deſperantes ꝙ ſignum facere nō poſſet. ⁊ ſic eū
reprimerent ⁊ impedirent. Quia ergo praue que
rebant non dat eis ſignum apertum ſed occultuꝫ
ſicut ſequitur. Reſpondit Jeſus ⁊ dixit eis. Sol
uite templum hoc ⁊ in tribus diebus excitabo il
lud. vbi dominus prenūciat primo mortem ſuaꝫ
dicens. Soluite ⁊ nō ſoluetur. ne intelligas mor
tem eius naturalē. nec dicit ſolue. ne intelligas ſe
ip̄m occidiſſe. ſꝫ ſoluite. quod nō ē imperantis ſed
p̄nūciātis. id ē ſoluetis vel ꝑmittetis. vt ſit ſenſus
Soluite. i. facite de corpore meo quid vult̄. illud
vobis expono. dicit etiā notāter ſoluite. q̄ꝛ in mor
te xp̄i anima a corpore ſoluta eſt. aliter tamen illa

UVA. BHSC. IyR_034_1

ſolutio facta eſt q̄ȝ illorum qui per incinerationeꝫ
⁊ putrefactionē ſoluūtur quā xp̄s nō ſenſit.p̄s.v.
Non dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Fuit
tū anima eius a corꝑe ſeparata.Secūdo prenūci-
at ſuam reſurrectionē dicēs. Et in tribus diebus
excitabo illud. Non dicit excitabiť vel excitabit il
lud pr̄.ſȝ ego excitabo.q꞉ ꝓpria virtute a mortuis
ſurrexit. Nec tamen negať q̄n pater eū ſuſcitauit.
ad Gala.j.Qui ſuſcitauit ih̄um a mortuis. Et in
p̄s.xl.Tu aūt dn̄e miſerere mei ⁊ reſuſcita me.nec
ē in hoc cōtrarietas. q꞉ eſt eadem virtus vtriuſq̄ȝ.
Sciendū aūt ē ꝙ ideo dicit de ſua reſurrectōne
q꞉ in ea maxime apparet v̄tus et potentia diuini-
tatis.q꞉ puri hoīs nō eſt reſuſcitare.ſȝ ſolius xp̄i q̄
eſt inter mortuos liber.Dixerūt ergo iudei.Qua
draginta ⁊ ſex annis ē edificatū.i. reedificatū hoc
templuꝫ.⁊ in tribus diebus excitabis illud .Hoc
dixerūt iudei.q꞉ putauerūt xp̄m de corꝑali tēplo
hoc dixiſſe qd̄ in tot annis fuit edificatū ſub zoro
babel poſtq̄ȝ reuerſi fuerunt iudei de captiuitate.
Vel templū qd̄ Salomon edificauit.⁊ i ſeptimo
anno compleuit. fuit edificatū xlvj. ān̄is.vt dicit
Orige.vt numereť tp̄s ab eo die q̊ dauid mentio-
nem fecit de edificatione tēpli conſulens ſuꝑ hoc
Nathan ꝓp̄ham.ij.Reg.vij.vſq̄ȝ ad cōſummatio-
nem ꝑfectā ꝑ ſalomon. Nā ex illo die dauid cepit
p̄parare materiā ⁊ neceſſaria ad edificationē tem-
pli. Et ſic hoc dictū ꝯſidereť quod extendit ſe ad
numeꝝ.xlvj.annoꝝ.Ille aūt dicebat de tēplo cor
poris ſui.Corpus em̄ xp̄i tēplū eſt. Cuius rō ē. q꞉
illud templū dei dr̄ in quo deꝰ habitat.p̄s.x. Dn̄s
in tēplo ſancto ſuo.ideo anima ſancta dr̄ templū.
j.ad Coꝝ.iij.Templum em̄ dei ſanctū eſt qd̄ eſtis
vos. Quia igiť in corꝑe xp̄i diuinitas ihabitat iō
tēplū vocať corpus in quo habitat plenitudo di-
uinitatis nō ſolū ſm animā ſȝ etiā ſm corpus.Cū
ergo reſurrexiſſꝫ a mortuis.recordati ſunt diſcipu
li eius q꞉ hoc dicebat de corꝑe ſuo.et crediderunt
ſcripture ⁊ ſermoni quē dixit ih̄s an̄ reſurrectōeꝫ
ſuā ⁊ paſſionē. Hoc v̄o nō intellexerūt ꝓpť duo.
Primo q꞉ ꝑ hoc oñdebať in xp̄o diuinitas.Ali
ter em̄ corpus eiꝰ nō fuiſſet dictū tēplū. ⁊ hoc tūc
tp̄is intelligere hūanā capacitatē excedebat. Se-
cūdo q꞉ in hoc fecit mentōem de paſſione ⁊ reſur-
rectione.q̄ nullus diſcipuloꝝ adhuc audierat.iō
petrus alia vice audiens de eius paſſione ſcanda-
liꝫatus ē.vt dr̄ mat.xvj.ſed poſt reſurrectōem q̄n
aperuit eis ſenſum vt intelligerēt ſcripturas.tunc
plene cognouerūt eū eſſe deū ⁊ hoiem. ⁊ tūc recor
dati ſunt q꞉ dicebat de templo corporis ſui. Et ſic
crediderūt ſcripture ꝓp̄haꝝ.Oſee.vj. Viuificabit
nos poſt duos dies. in die tercia ſuſcitabit nos.
Dixi tercio tangiť ſuꝑne cōuerſationis euidētia
demonſtrata.qd̄ credentiū ꝓbat oñſio cū ſubdit.
Cum aūt hieroſolimis eſſet ih̄s in paſca in die fe
ſto multi crediderūt in nomie eius vidētes ſigna
q̄ faciebat. Sed dī. cuiuſmodi ſigna fuerūt hec
cū hic de nullo legiť: Dicendū ꝙ multa ſigna fec̄
ih̄us tūc.licet euangeliſta non ſcripſerit iſta. Naꝫ
euangeliſte multa ſcienter p̄termiſerūt de miracu
lis xp̄i.cum tot fecerit ꝙ non poſſent ſcribi defaci-
li. Vel dicendū ꝙ inter om̄ia alia miracula maxi
mū fuit ꝙ vnus homo tantam multitudinem ho
minū ſolo flagello eiecit. Viſis his ſignis vł hoc
ſigno multi crediderūt in eū. Vbi ſciendū alij
credūt ꝓpter ſigna vt iſti.Et tales ſunt groſſiores
q̄ȝ qui ꝓpter ſolā doctrinā credunt ſicut diſcipuli
xp̄i.ideo dr̄.j.Coꝝ.xiiij. Prophetie date ſunt fide
libus ⁊ non infidelibus. Ip̄e aūt ih̄s nō credebat
ſeip̄m eis.i.ſua ſecreta myſteria eis non reuelauit
ſicut nec ap̄lis Jo.xvj.Multa habeo vobis dice-
re.ſȝ non poteſtis portare mō.j.Coꝝ.iij. Non po-
tui vobis loqui q̄ſi ſp̄ualibus.ſȝ quaſi carnalibus
Et ideo euangeliſta ſignanť dicit. In nomine eiꝰ
in quo oſtendit imꝑfecte eos credere. Et ideo nō
dicit ꝙ crediderūt in eū.quia nondū credebant in
eius diuinitatē.ſed dicit in nomine eius.quaſi di
ceret. Illud qd̄ de eo nominetenus dicebať. ſcꝫ ꝙ
ſit iuſtus ⁊ hmōi.Et iſti ſm auguſti.gerūt typum
cathecuminoꝝ.q̄ licet credant. tamen corpus xp̄i
eis nō datur.Quod ſicut nemo conficit niſi ſacer
dos conſecratus.ita nemo recipere illud debet ni
ſi fuerit baptiſatus.Subdit.Eo ꝙ ipſe noſſet oēs
⁊ quia opus ei non erat vt quis teſtimoniū perhi
beret de homine. ip̄e em̄ ſciebat quid eſſꝫ in homi
ne. Vbi ſciendū ꝙ ratio quare ſe eis non crede
bat eſt.quia ip̄e perfecte cognouit eos. ideo dictū
eſt.Eo ꝙ ip̄e noſſet eos.⁊ hoc ꝑ potentiam diuini
tatꝭ.Eccl̄i.xxiij. Oculi domini ſunt lucidiores ſu-
per ſolem circūſpicientes omnes vias hominū ⁊
profundū abyſſi ⁊ hominū corda intuentes in ab
ſconditas partes.Licet em̄ homines cognoſcant.
aliquis tamen non certam cognitionem habē po
teſt de eis.quia homo nō videt niſi ea q̄ apparent
deus aūt intuetur cor.j. Reg.xvj. ideo non opus
eſt xp̄o teſtimonio alioꝝ.cuꝫ certiſſime cognoſcat
per cordis intuitōnem.ideo dictū eſt.Et opus ei
non erat vt teſtimoniū quis ꝑhiberet de homine.
immo ip̄emet eſt teſtis. Job.xvj.Ecce i celo teſtis
meus.⁊ conſcius meus in excelſis. Xp̄us etiā co
gnitionem non ſolū ad exteriora oſtendit.iō addi
dit. eo ꝙ ipſe ſciret quid eſſet in homine. id eſt oc-
culta cordis. Prouerbioꝝ.xv. Infernus ⁊ perdi-
tio coram domino.quanto magis corda filiorum
hominū. Scire em̄ ea que ſunt in corde hominis
ē ſolius dei.q̄ ſolus corda plaſmauit.nō em̄ idige-
bat teſtibus vt propriorū plaſmatum mētes addi
ſcat. Plus etiam artifex nouerat quid eſſet i oꝑe
ſuo q̄ȝ ip̄m opus quid eſſet in ſemetip̄o. Nam pe-
trus nō nouerat quid in ip̄o erat quādo dixit. Te
cum ero vſq̄ȝ ad mortem.Sed dominus nouerat
quid eſſet in homine dicens. Prius q̄ȝ gallus cā-
tet ter me negabis.Quapropter ſm Bedam mo-
nemur vt nunq̄ȝ de conſcientia noſtra ſecuri ſimꝰ.
ſed ſemper ſolliciti formidemus. quia quod nos
latet eternum arbitrium latere non valet. Confi-
teamur ergo plura ⁊ maiora peccata habē q̄ȝ noſ-
ſe putamus.vt maiorem q̄ȝ credimus gloriam cō
ſequamur. Nota dicit in textu.Eiecit de tem-
plo oues ⁊ boues ⁊ numularioꝝ effudit es. Pro
quo ſciendum multa genera hominuꝫ eijcientur
de templo dei ⁊ de regno celi. Primo eijcienť ſu-
perbi qui intelliguntť per boues qui cornibus po
tentie alios feriūt. Pſal.c. Non habitabit in me-

dío domus mee q̇ facit ſupbiā. Dañ. iiij. Hec ē in
terp̃tatio ſentētie altiſſimi q̇ puenit ſup dñm meū
regem. Eijcieť te ab hoibus ⁊ cū beſtijs erit habi-
tatio tua. i. cū demonib⁹. p̃s. lxxiij. Ne tradas be-
ſtijs animas confitentiū tibi. Et ſic lucifer eiect⁹ ē
de celo. Ezechi. xxviij. Eieci te de mōte ſancto dei
⁊ pdidi o cherub. Iſa. xiiij. Quō cecidiſti de celo
lucifer q̇ mane oriebaris. Et Lu. x. Uidi ſathanaz
quaſi fulgur cadentē de celo. Secūdo eijcientur
auari q̇ intelligūtur p numularios. Hiere. viij. A
minimo vſq; ad maximū omes ſtudēt auaricie. ⁊
tales eijciūtur. j. ad Cor. vj. Auari regnū dei poſ-
ſidere nō pñt. ideo ait ihs diſcipulis ſuis. Lu. xiiij
Niſi qs renūciauerit oibus que poſſidet non po-
teſt eſſe meus diſcipulus. ⁊ math. xix. Quā diffici
le q̇ pecuniā amat regnū dei poſſidet. ideo Lu. xij.
Cauete ab omi auaricia. q² nō in abūdātia cuiuſ-
q̃; vita eius ē ex his q̇ poſſidet. Tercio luxurioſi q̇
intelligūtur p colūbas q̇ eſt auis libidinoſa. Qō
figurať Nume. v. Omnis leproſus eijcietur de ca
ſtris. ⁊ qui ſemine fluit pollutuſq; ē ſup mortuo.
Et. j. ad Cor. vj. Fornicatores adulteri ⁊ auari re
gnū dei poſſidere nō pñt. ideo mat. xxij. In reſur-
rectione neq; nubent neq; nubenť ſ; erūt ſicut an
geli dei in celo. Quarto hypocrite q̇ per oues in-
telligūtur. q̇ exterius apparent in pellibus ouiuz.
mat. vij. intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces. Ibidē
xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite. quia
ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis ⁊c. ideo apoc. xxj
Nihil coinq̇natū intrabit ⁊c. Et ididem. xxij. Fo-
ras canes. venefici. impudici. homicide et ydolis
ſeruiētes. Omnes tales excōmunicati extra pala
tiū regni dei eijciūť. O beatus q̇ ibi nō eijciť. pſal.
lxiij. Beati qui habitant in domo tua dñe. Ratio
Thob. xiij. p omes vicos eius cantať alleluia. ſed
damnati erūt excōmunicati. Nam ſicut excōica-
tis non pticipamus in locutōne. in diuino officio
nec in ſalutatōne. nec in comeſtione. ſic boni non
participabūt malis in quatuor. Primo in locutō
ne. q² facies eor auerſe erūt ab eis. p̃s. xliij. Auer-
tiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros Et Lu.
xvj. Magnū chaos firmatū ē inter nos ⁊ vos. Se
cūdo nō in diuino officio. yſa. lxv. ſerui mei lauda
būt me p̃ exultatōne cordis. ⁊ vos clamabitis pre
dolore cordis. ⁊ p̃ cōtritione ſpūs vlulabitis. Ter
cio non in ſalutatōe. q² ſalutem non optabunt eis
p̃s. lvij. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam.
Quarto non in mēſa. yſa. lxv. ſerui mei comedēt.
vos aūt eſurietis. ⁊ ſerui mei bibent ⁊ vos ſitietis.

Feria tercia Sermo. liiij.

## Scendit ieſus in tem

a pluz. Io. vij. Cōſuetudo eſt boni ſerui ſi
offendūt dñm placat eū precibus. Spūa
liter. nos offendimus deū peccatis noſtris. iō de-
bemus currere ad dñm placando eū p̃cibus nr̃is.
Hoc agit eccia in introitu. Exaudi deus orōnem
meā. ⁊ ne deſpexeris dep̃cationem meam. intēde
in me ⁊ exaudi me. ſimiliter i collecta. Sacre no-
bis q̇ſumus domine obſeruatōnis ieiunia pie cō
uerſatōnis augmentū. ⁊ tue ꝓpiciationis cōtinuū
p̃ſtēt auxiliū. ſ; q̄ ſacerdos teneť orare ꝓ pp̃lo. no
tū eſt. ⁊ figurať Exo. xxxij. Moyſes orauit ꝓ po-
pulo q̇ peccauit in adoratōne vituli. vt patet i epi-
ſtola. Et xp̃s verus ſacerdos ſm ordinē melchiſe
dech aſcendit in templū materiale ad docendum
⁊ in templū eternale pro nobis interpellandū. vt
patet in hodierno euāgelio cū dr̃. Aſcendit ieſus i
templū ⁊c. In ſumma euangelij tria innuūtur.
Primo doctrine xp̃i origo de ſupnis qō miſſio ꝓ-
bat paternalis ibi. Iam die feſto ⁊c. Secūdo tāgi-
tur turbe abiectio de internis. qō ſolutio ꝓbat ſal
uatoris ibi. Nonne moyſes dedit vobis legem ⁊c.
Tercio poniť eſſentie xp̃i origo de occultis. quod
tranſmiſſio ꝓbat ſupnalis. ibi. Dicebāt ergo q̇daz
ex hieroſolimis. de primo dicit. Iam die feſto me
diante ihs aſcendit in tēplum. Ubi ſciendū q̄
xp̃s volens ſue doctrine originē oñdere. p̃mo po-
nit eiuſdē doctrine tempus ⁊ locū ⁊ admiratōem
turbar. Temp⁹ q̇dem dū ait. Iam die feſto medi
ante. i. cū illius feſti tot dies remanſiſſent quot ef-
fluxerāt. Uñ cū per ſeptē dies illud feſtū agebať.
dr̃ hoc fuiſſe quarto die. ideo aūt i medio feſti aſcē
debat. quia in principio omes magis intenti ſunt
his q̇ feſti ſunt. Boni quidē ad cultuz dei. alij vo
ad vanitates ⁊ lucra. Sed circa mediū tp̃s xp̃us
aſcendebat. vt hi qui in principio feſti ea que feſti
erant expediebant. magis parati eſſent ad doctri-
nam audiēdā. Locus aūt doctrine tangiť cū dici-
tur in templū. qō eſt locus aptus ad ſanaz doctri
nam. ⁊ cōueniens doctrine xp̃i ſanctiſſime. Iſa. ij.
Uenite aſcendamus ad mōtem domini ⁊ ad do-
mū dei iacob. Item vt oſtenderet ſe docere verita
tem q̇ calūniari nō poteſt. ideo aſcendit in tēplū.
Ioh. xviij. Ego in occulto locutus ſum nihil. Ad
miratione vo turbar ponit cum diciť. Et mirabā
tur iudei dicētes. Quō hic lr̃as ſcit cū non didice
rit. Sciebāt em̄ ihm eſſe filiū pauperis mulieris.
⁊ vt putabant filiū fabri qui de labore ſuo viuebat
Uñ ꝓbabile videť q̄ ihus etiam de labore ſuo vi
uens non inſiſteret ſtudio litterarū. ſ; poti⁹ operi
manuali. ſm illud p̃s. lxxxvij. Paup ego ſuz ⁊ in
laboribus a iuuētute mea. Et iō cū audierūt eū
docere ⁊ diſputare mirabanť dicētes. Quomodo
hic litteras ſcit. quaſi dicerent. miramur quomō
ſcit legē cū nemo ſcire eā valeat niſi q̇ legez legat.
Nemo autē legē legere valeat niſi lr̃as ſciat. Hic
aūt lr̃as nō didicit. ideo mirandū ē. vñ nouerit le-
gem. Hac tñ de cā mirbanť ſm glo. q² nemo itel-
ligebat eū eſſe legis auctorē ⁊ dñm. Qui ſi crede-
re voluiſſent. nequaq̃; mirarenť ſi ille legem non
noſſet qui legez dediſſet. Origo ſpūalis doctrine
poniť cū ſubiūgiť. Rñdit eis ihs ⁊ dixit. Mea do
ctrina nō ē mea. ſ; eius qui me miſit q. d. Iſta do
crina q̇ eſt mea approbatiue ⁊ ſubiectiue. non eſt
mea. ſ. p exercitiū acq̇ſitionis hūane. ſ; eius q̇ mi-
ſit me. i. data eſt mihi a p̃re. q² licet filius ſm natu
ram diuinā habeat eandē ſciam cū p̃re. tñ habz eā
ab ip̃o p̃re. Scōm vo naturā humanā habet aliaz
ſciam. ſ. creatā. nō tñ habet eā p exercitiū acquiſi-
tionis hūane. ſ; ab inſtanti cōceptōis infuſam. ſic
⁊ ſoluta ē q̇ſtio q̄ q̇rebant. Quō hic lr̃as ſcit. Uel
aliter. ſi dixiſſet. doctrinā quam ego doceo nō eſt
mea nulla eſſz queſtio. Sed q̄ dicit. doctrina mea

UVA. BHSC. IyR_034_1

non ē mea. videt̄ ꝯtradictionē implicare. Sꝫ hoc ſoluit̄ ſic. qꝛ hoc eē dr̄ multiplr̄. Rō. qꝛ ſua doctrina aliq̄ mō dr̄ ſua. aliq̄ mō nō ſua. Si em̄ intelligitur de xp̄o filio dei. ſic cū doctrina vniuſcuiuſqꝫ nihil aliud ſit q̄ꝫ verbū eius. filius aūt dei cū ſit v̄bū pr̄is. ſeq̄tur ergo ꝙ doctrina pr̄is ſit ip̄e filiꝰ. Iſtō aūt v̄bū ē ſuiip̄ius ꝑ ydētitatē ſciētie. ē aūt nō ſuū ꝑ originē. Vel qꝛ nō eſt verbū nullius ſꝫ alicuius vñ aug. dicit hic ꝙ breuiter vr̄ dixiſſe. Mea doctrina non ē mea ac ſi diceret. Ego nō ſum a meipſo. In quo hereſis ſabelliana cōfundit̄. q̄ dicere niſi ſunt ip̄m eſſe filiū q̄ ē ⁊ pr̄. Vel mea doctrina quā ego ꝓnūcio v̄bo creato non ē mea. ſꝫ eius q̄ miſit me pr̄is. i. nō eſt mihi data a meipſo. ſꝫ a pr̄e meo. qꝛ etiā cognitionē filiꝰ ꝑ eternā generatōem habꝫ a pr̄e. mat. xj. Om̄ia tradita ſunt mihi a pr̄e meo. Si v̄o intelligat̄ de xp̄o filio hoīs tūc dicit. Mea doctrina quā ego habeo ſm̄ aīam creatam. ⁊ ꝓfero ore corꝑis nō ē mea. i. nō eſt mihi a meip̄o ſed a deo. qꝛ om̄e verū a q̄cūqꝫ dicat̄ a ſpūſancto eſt. Sic ergo ſm̄ aug. de trini. ſm̄ illud qđ dixit doctrinā ſuā. ⁊ ſm̄ aliud qđ dixit eam non ſuā dixit eā ſm̄ formā dei ſuā. ⁊ ſm̄ formā ſerui nō ſuā. Ex quo patet exemplū ꝙ omnē modū cognitōnis cū grāꝝ actione recognoſcamꝰ eē a deo. j. Cor. iiij. Quid habes qđ nō accepiſti. Si aūt accepiſti qd gloriaris q̄ſi nō acceperis. ſubdit. Si quis voluerit volūtatem eius facere cognoſcet de doctrina vtrum ex deo ſit. an ego a meipſo loquar. Ubi ꝓbat doctrinā ſuā eſſe a deo. primo ex iudicio recte ſententie.

Ubi ſciendū iudicio illius ſtandū ē an aliquis bñ operet̄ in arte aliq̄ q̄ eſt exꝑtus in arte illa. ſic an aliq̄s bene loquat̄ gallicū ē ſtando iudicio eiꝰ q̄ eſt ꝑitus in lingua gallica. Scđm hoc ergo dicit dñs illius iudicio ſtandū eſſe an doctrina mea ſit ex deo q̄ eſt exꝑtus in rebus diuinis. Talis em̄ recte pōt de his iudicare. j. Cor. ij. Aīalis hō nō ꝑcipit ea q̄ ſunt ſpūs dei ⁊c. Spūalis autē iudicat oīa ⁊ ip̄e a nemine iudicat̄. Et qꝛ vos alienati eſtis a deo. ideo non cognoſcitis de doctrina vtrū ex deo ſit. Sꝫ ſi q̄s voluerit volūtatem eius. i. dei facere. iſte pōt cognoſcere vtrū doctrina hec ſit a deo. an ego a meip̄o loquar. Iſte q̄dem a ſeipſo loq̄tur q̄ falſum dicit. qꝛ ſicut dr̄ Jo. viij. Qui loq̄tur mendaciū ex ꝓprijs loquit̄. ideo ſequitur. Qui a ſeip̄o loquit̄ gloriā ꝓpriā q̄rit. q̄ autē querit gl̄iam eius q̄ miſit illū. hic verax ē. ⁊ iniuſticia nō ē i illo. Probat id ex ſua intentione. ⁊ ponit duplicē intentionē. ꝑ quā intelligit̄ duplex origo doctrine. dictū ē em̄ aliquos loq̄ non a ſe. Loquit̄ aūt nō a ſe q̄cūqꝫ ſtudet loq̄ veritatē. Uis em̄ cognitio veritatis ab aliquo ē. ꝑ modū q̄dem diſcipline a magiſtro ꝑ modū v̄o reuelationis a deo. ſꝫ ꝑ intentionē a rebus. ad Ro. j. Inuiſibilia em̄ dei a creatura mundi ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta conſpiciūtur. Quocūqꝫ ergo iſtoꝝ modoꝝ cognitio aliq̄ habeat̄ non eſt hoīm a ſe. A ſe aūt loq̄t̄ q̄ ea q̄ dicit nec ex rebꝰ nec ex reuelatōe. nec ex doctrina hūana accepit. ſꝫ de corpore ſuo. Hiere. xxiij. Viſionē cordis ſui loquūtur non de ore domini. Et Eze. xiij. Ve ꝓphetis inſipientibus qui ſequūtur ſpūm ſuū ⁊ nihil vident. ſic ergo confingere aliq̄d ex ſe fit ꝓpter hūanā gloriā. Quia dicit Criſo. Qui aliq̄uā ꝓpheticam vult inſtruere doctrinā. ꝓpter nihil aliud ſꝫ vult q̄ꝫ vt gl̄iam acquirat. Et hoc eſt qđ dñs dicit ꝓbans doctrinā ſuā a deo. q̄ a ſeip̄o loquit̄ de certa cognitōe veritatis q̄ ē ab alio iſte q̄rit gl̄iam ꝓphanā. ꝓpter quam ⁊ ꝓpter ſuꝑbiā hereſes ⁊ falſe opiniones introducūt̄. ⁊ cōpetit antixp̄o. ij. theſ. ij. Qui aduerſatur ⁊ extollit̄ ſuꝑ om̄e qđ dr̄ deus. Qui autem q̄rit gloriā eius q̄ miſit illū ſicut ego quero Jo. viij. Ego gloriā meā non q̄ro ⁊c. hic verax ē. qꝛ doctrina mea cōtinet veritatē. ⁊ iniuſticia in me nō ē. qꝛ alterius gloriā nō vſurpo. Et vt dicit aug. Magnū nobis p̄buit hūilitatis exēplū dum habitu inuētus ē vt homo. Querit gloriā patris ſui. nō ſuā. qđ ⁊ tu hō facere deberes. qñ aliq̄d boni facis gloriā tuā q̄ris. qñ aliq̄d mali deo calūniā inferre meditaris. Pater aūt ꝙ gloriā ſuā non q̄rebat. qꝛ ſi fuiſſet adulatus p̄cipibus ſacerdotū. nō fuiſſent ip̄m ꝑſecuti. Sic ergo xp̄us ⁊ q̄cunqꝫ gloriā dei q̄rit habet quādā intra ſe dei cognitionē mat. xxij. Mgr̄ ſcimus qꝛ verax es. Et ideo dicit hic verax ē. In affectu aūt habuit rectā intentōeꝫ vñ dicit. Et iniuſticia nō eſt in illo. Iniuſticia em̄ ē ꝙ vnus vſurpat ſibi honorē alienū. Gloria autē ꝓprie ſolius dei ē. q̄ ergo q̄rit ſibi gloriā exhiberi iniuſtꝰ ē.

Dixi ſecūdo tangit̄ turbe abiectio de internis qđ ſolutio ꝓbat ſaluatoris. Nonne moyſes dedit vobis legē. ⁊ nemo ex vobis facit legem qui me q̄ritis interficere. q. d. Qui vult aliū ſine cauſa ſiue ſine iuſſu dei interficere. ille facit cōtra legem moyſi Exo. xx. Non occides. Potuiſſent em̄ xp̄o dixiſſe. Ideo doctrina tua nō eſt a deo. qꝛ ſabbatū ſoluis. ſm̄ illud Johan. ix. Nō eſt iſte hō a deo qui ſabbatū non cuſtodit. hoc volēs excludere p̄mo excuſat ſe ex ꝑte accuſantiū. q. d. Dico vt vos dicitis. ꝙ doctrina mea nō ſit ex deo. qꝛ legem non ſeruo ſabbatū ſoluens tñ vos non habetis poteſtatē me accuſandi cum ſitis in ſimili delicto. Uñ dicit. Nonne moyſes dedit vobis legem. ⁊ nemo ex vobis facit legem. Actu. vij. Accepiſtis legem in diſpoſitione angeloꝝ ⁊ non cuſtodiſtis. Act. xv. Ut quid temptatis deū imponere iugū ſuper ceruices diſcipuloꝝ. quod neqꝫ nos neqꝫ patres noſtri portare potuimus. Si ergo vos nō ſeruatis legem quare ꝓpter tranſgreſſionē eius vultis me interficere. Non em̄ ꝓpter hoc feciſtis. ſꝫ ꝓpter odiū. Alioquin ſi ꝓpter zelū legis feceritis. ip̄i vos ſeruaretis eam. Sap. ij. Circūueniamus iuſtū. quoniā inutilis ē nobis. ⁊ cōtrarius eſt operibus noſtris. ⁊ morte turpiſſima cōdemnemus eū. Seq̄tur iniqua reſpōſio turbe. Reſpōdit turba ⁊ dixit. Demoniū habes. quis te querit interficere. quaſi diceret. Nos nō cōueniemus. ⁊ in hoc mētiūtur. quia q̄rebant mortē eius ſicut poſtea effectu oſtenderūt. Glo. Remigij. O ſcelus inexpiabile. o blaſphemia neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ i futuro dimittēda. Nā peius fuit hoc dicere q̄ꝫ xp̄m occidere. Et nāqꝫ dicebant. Demoniū habes. cū tamē ſolo imperio demonia expellebat. Obturāde eſſent aures ad tam ſceleſtā contumeliam niſi ip̄ius domini addiſceremus habere patientiā neqꝫ em̄ a furioſis turbatis ip̄e hec audiens turbatꝰ

UVA. BHSC. IyR_034_1

eſt.ß in ſua veritate trãquillus pmanẽs:nõ reddi
dit malũ pmalo.nec maledictõem p maledictio
ne.Quib⁹ ſic rñdere potuiſſet ⁊ dixiſſe. Vos po
tius demoniũ habetis.q: niſi pleni demonio fuiſ
ſetis tã pverſe deo loqui non potuiſſetis.Idcirco
rñdit eis p rõem dicẽs.Vnũ opus feci ⁊ oẽs mi
rami.q.d.ſm Remigiũ.Si tñ mirami in ſanatio
ne vnius hoïs.qñtũ miraremi ſi oïa opa mea vi
deretis.an nõ legiſtis dictũ pr̃is mei.oïa in ſapia
feciſti.q eſt ſapia pr̃is niſi filius.Bonã em rem fe
cerat qñ ſanauerat i ſabbato paliticum.q xxxviij.
annis decũbebat.Et turbati ſunt.q: non intellige
bant eũ auctorẽ ⁊ dñm eſſe ſabbati.Nec deſtrue
rat ſabbatũ hoïem in eo ſanãdo.q: pter ſaluteʒ
oïm hoïm ſabbati cuſtodia data eſt. Propterea
moyſes dedit vobis circũciſionẽ.nõ q: ex moyſe
eſt ß ex pr̃ibus.⁊ in ſabbato circũciditis hominẽ.
Si circũciſionẽ accipit hõ in ſabbato vt nõ ſolua
tur lex moyſi.vt qd mihi indignami quia totũ ho
minẽ ſanũ feci i ſabbato. In qbus verb̃ dupliciẽ
eos arguit.Primo lʒ in hũanis legibus poſterio
ra pIudicẽt priorib⁹.tñ in diuinis priora ſunt maio
ris auctoritatis.Et iõ preceptũ factũ abrae de cir
cũciſione nõ pIudicat pcepto moyſi de obſeruati
one Multo ergo minus pIudicat mihi q facio qõ
diſpoſitũ eſt a deo ante mũdi ꝯſtitutõem de ſalu
te oïm in ſabbato.Scdõ q: iudei mãdatuʒ habe
bant vt nihil oparenẽ in ſabbato.⁊ tñ opabanẽ ea
que ad ſalutẽ pticularẽ erãt.Dic ergo.ſi vos licet
mãdatum habetis nihil operari in ſabbato.circũ
ciſionẽ accipitis ipo die.que eſt quedã pticularis
ſalus.q: in pticulari membro fit.⁊ hoc facitis vt
ſic ſeruef lex moyſi.Ex quo ptʒ ea que ad ſaluteʒ
ptinent i ſabbato pt̃mittenda nõ eſſe.Ergo mul
to magis dʒ homo facere ipo die ea q ſũt ad vl'em
ſalutem.nõ ergo debetis mihi indignari q: totuʒ
hoïem ſalũ feci i ſabbato.q: vt dicit gloſa.cura
tus eſt vt ſanus eſſet i corpore.⁊ credidit vt ſanuſ
eſſet in aïa.Et ꝙ dr̃.propterea moyſes dedit vo
bis circũciſionẽ ⁊c.hoc expſſe nõ legitur niſi Exo
di.xij.vbi hr̃ Omis ſeruus empticı⁹ circũcidetur
nõ tamẽ ea dixit quaſi aliud inſtituẽs.q: non ipe
primus accepit circũciſionis mãdatuʒ.ß abraam
vt hr̃ Gẽn.xvij.vbi ei dictũ eſt a dño.Circũcidetur
ex vob oẽe maſculinũ.⁊ circũcidetis carnẽ pre
putij veſtri.vt ſit i ſignũ federis inter me ⁊ vos.iõ
dicitur.non q: ex moyſe eſt.ß ex patrib⁹.Et ſeqtur
Nolite iudicare ſm faciem:ß ſm iuſtum iudiciũ
iudicate.Vbi ducit eos ad iuſtuʒ iudiciũ ſui ⁊ do
ctrine ſue ſi qõ ſit a deo recte ꝯſidereẽ.q.d.Nolite
attendere ad illud qõ nõ ptinet ad rem.qõ fit qñ
amor vel odium attendiẽ.propter q aliqñ plus ꝙ̃
propter veritatẽ iudicatis.ß iuſtum iudiciũ iudi
cate.i.de doctrina mea ⁊ factis meis iudicate ſm
naturã rei i ſe.Et tũc inuenietis ꝙ doctrina mea
eſt a deo ſm veritatem. Vbi ſciendũ ꝙ iudicare
ſm faciem intelligiẽ dupl'r.Nã iudex iudicat ſm
allegata ⁊ pbata.j.Regum.xvj.Hoïes vident ea
que parent:de⁹ aũt intueẽ cor.ß in hoc poteſt eſſe
deceptio.Ideo dicit.Nolite iudicare ſm faciem.
id eſt ſm illud qõ ſtatim apparet.ß diligenter in
quirite rei veritatẽ.Iob.xxix.Cauſam quã igno
rabã diligẽter inueſtigabã.Vel aliter.Nolite iudi
care ſm faciem.i.nolite accipe pſonam i iudicio.
Hoc em phibitum ẽ Leuit.xix. Non ꝯſideres p
ſonam paupis i iudicio.iuſte iudica primo tuo.
Accipe autẽ pſonaʒ i iudicio eſt pt̃mittere iuſtũ
iudicium pter amorẽ ſeu reuerentiã ſeu timorẽ
aut ꝯditõem pſone que nõ faciũt ad cãm.Dic er
go.Nolite iudicare ⁊c.Nã q: Moyſes apud vos
habuit maiorẽ gl'iam ꝙ̃ ego.nõ ergo ex pſonaruʒ
dignitate feratis ſniam:ß a rerum natura.q: ea q
ego facio maiora ſunt ꝙ̃ ea q fecit moyſes. Sʒ
notãdum ſm Aug.ꝙ ille nõ iudicat pſonaliter q
equaliter diligit.Nã em cum homies diuerſo mõ
cum ſuis gradib⁹ honoram⁹ timendũ eſt ne pſo
nam accipiam⁹. Dixi tertio poniẽ eſſentie xp̃i
origo de occultis.qõ trãſmiſſio pbat ſupnalis di.
Dicebãt ergo quidã ex hieroſolymis.Nõne h eſt
quẽ querũt interficere.Ecce palã loquiẽ ⁊ nihil ei
dicũt.Nunqd vere ꝯgnouerũt principes q: h eſt
xp̃s.ß hũc ſcimus vñ ſit.xp̃s autẽ cum venerit ne
mo ſcit vñ ſit.Vbi circa originẽ xp̃i docentis pri
mo poniẽ dubium.Circa qõ ſciendũ ꝙ multi de
populo ſciebãt pncipes querere morteʒ xp̃i Et iõ
cum vidiſſent eum palã docentẽ ⁊ pncipes arguẽ
tem ⁊ ipos ei nõ ꝯtradicere.crediderũt forti⁹ ipm
eſſe xp̃m trahẽtes argumẽtum ex facto pncipum
qui nõ capiebãt eum.cum tñ pmo ad mortẽ que
rerẽt euʒ:qſi ipſi p vero ⁊ de nouo haberẽt.ꝙ ipe
eſſet vere xp̃s eis pmiſſus.⁊ idõ ab eius pſecutio
ne ceſſaſſent.Idõ dicebãt quidã ex hieroſolymis
Iſti em melius ſciebãt maliciã pncipuʒ ꝙ̃ alij.q:
manebãt cum eis i eadẽ ciuitate. Nõne h eſt quẽ
querũt interficere toto conatu ſuo. Ioh.v.ppte
rea pſequebanẽ eum iudei.i.pncipes.q: hec facie
bat in ſabbato Dañ.xiij.Egreſſa eſt iniqtas a ſeni
oribus ppl'i.Ecce nũc palam loqtur ꝯtra eos.vt
ptʒ.Nemo ex vobis legẽ facit.⁊ tñ nihil ei dicunt
⁊ ipſi nõ capiũt.q: repreſſi fuerũt.diuina v̄tute.
Hec eſt em ꝓpria dei v̄tus que malor corda ab
impetu ſue malicie repmit.Prouer.xvj. Cuʒ pla
cuerint dño vie hoïs inimicos qʒ eius ꝯuertit
ed pacẽ.Et alibi.Cor regũ i manu dei.Appet eti
am in h veritas ſermonũ xp̃i.⁊ falſitas pncipum
Cum em deus diceret.qd me queritis interficere.
Negauerũt dicentes.Demoniũ habes.qs querit
te interficere.Sʒ quod pncipes negabãt iſti ꝯfitẽ
tur.⁊ ſubdiderũt.Nunqd vere ꝯgnouerũt princi
pes quia h eſt xp̃s.qſi diceret videẽ ꝙ ſic.eo ꝙ de
ſiſtũt ab ei⁹ pſecutõe. Verũtñ q: nõ habebãt cer
titudinẽ.ß tñ opinionẽ.iõ etiã arguebãt ad ꝯriuʒ
dicẽtes.Sʒ hũc ſcimus vñ ſit.q: patriã ei⁹ ſcimuſ
⁊ genus qſi h mõ arguẽtes.Chriſt⁹ dr̃ hr̃e occul
tã originẽ.ß iſte hʒ originem manifeſtã.igiẽ nõ eſt
xp̃s.In q appet eor amẽtia.q: ſuppoſito etiaʒ ꝙ
principes crederẽt xp̃o.non tñ eor ſniam ferũt.ß
aliã corruptã ptulerũt.Sed cum dicaẽ.tñ dr̃ Mi
chee.v.Ex te bethleẽ mihi egredieẽ qui ſit dñator
in iſrl'.Herodes autẽ neſciuit locũ natiuitatꝭ eius
iudeis ſibi dicẽtib⁹:qre tũc dicunt. Cuʒ xp̃s vene
rit vñ ſit nemo ſcit.Dicẽduʒ ꝙ h habuerũt ex ver
bo Eſa.liij.Generatõem eius qs enarrabit. Sic
er go ex phetis hñt vñ ſit ſm humanã originẽ et



UVA. BHSC. IyR_034_1

ex eis hn̄t ꝙ eum neſciāt vn̄ ſit ẜm diuinā generatione̅. Cōſequēter ponit̄ ſcđo ipius docētis origo cū ſubdit̄. Clamabat ergo ihs docēs i tēplo ⁊ dicēs. Et me ſcitis ⁊ vn̄ ſim ſcitis.i.me noſcit' ẜm faciē vn̄ ſim.ſ.patriā meā ſcitis. Etiā hoc dixit q̄ntum ad eiꝰ originē. Et nota ꝙ clamor qn̄ꝫ importat turbulentiā animi interiꝰ cōcitati.⁊ talis clamor nō cōpetit xp̄o. De quo Eſa.xlij. Nō clamabit neꝫ accipiet pſonam.neꝫ audiet̄ vox eius foris. Eccl'ſ.xij. Verba ſapiētum ſicut ſtimuli Qn̄ꝫ importat magnitudinē deuotōis.ẜm illud p̄s. Ad dn̄m cū tribularer clamaui ⁊c̄. Qn̄ꝫ vo magnitudinē dicendoꝝ.ẜm illud Eſa.vj. Seraphin clamabāt alter ad alterū Prouer.viij. Nūqđ nō ſapia foris clamitat:⁊ prudētia dat vocem ſuā. Et ſic p̄dicatores clamare monent̄ Eſa.lviij. Clama ne ceſſes:q̄ſi tuba exalta vocē tuam. Subiūgitur etiā q̄ntū ad diuinā eius generatōem ẜm quā erat eis ignotus. Et a meip̄o nō veni.ꝫ eſt verus qui me miſit quē vos neſcitiſ.q.d. Vn̄ fui ẜm diuinitatē ꝙ̄ in mūdum veni ẜm hūanitatē Ioh.viij. Anteꝙ̄ eſſꝫ mūdus ego ſum.al'ſ non ꝯueniret ei venire niſi an̄ fuiſſet. Et cū hoc ip̄o ꝙ venit nō venit a ſeip̄o ꝫ a pr̄e q̄ eum ꝓmiſit mittere Exo.iiij. Obſecro dn̄e mitte quē miſſurus es. Eſa.xix. Clamabūt ad dn̄m a facie tribulātis:⁊ mittet eis ſaluatorē ⁊ ꝓpugnatorē q̄ liberet eos. Jđ ſeq̄tur. Sꝫ eſt verus q̄ miſit me.q.d. Nō ab alio ꝫ ab eo q̄ ꝓmiſit ⁊ ꝓmiſſum adipleuit.q̄ꝛ verus ē.ad Ro.iij. Eſt aūt deus verax.⁊ ideo docet me veritatē loq̄. q̄ꝛ a vero miſſus ſum quē vos neſcitis.q̄ꝛ deū animo vero nemo vidit. Ioh.j. Deū nemo vidit vn̄ꝙ̄. Et ꝑ ꝯſequēs me nō ꝯgnoſcitis cū ſim filiꝰ eiuſ naturalis eq̄lis ei i natura diuitatis. Ego ſcio eū. q̄ꝛ ab ip̄o ſum.⁊ ip̄e me miſit.⁊ ſi dixero q̄ꝛ neſcio eū.ero ſi̇l'is vobis mēdax. Vn̄ ſciēdū ꝙ oēs homies vidēt eū.vt đꝛ Iob.xxxvj.ꝫ tn̄ diuerſimode. q̄ꝛ hoies i vita iſta vidēt eū ꝑ creaturas. Ro.j. Inuiſibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea que facta ſunt itellecta ꝯſpiciūtur.j.ad Cor.xiij. Videmus nūc ꝑ ſpeculū ⁊ i enigmate:tūc aūt facie ad faciē. Angeli vero ⁊ beati i patria vidēt euꝫ imediate ꝑ eēntiam Math.xviij. Angeli eoꝝ in celis ſꝑ vident faciem pr̄is mei ⁊c̄.j. Joh.iij. Videbimꝰ eū ſicuti ē Matt.xi. Nemo nouit patrē niſi filius. Filiꝰ em̄ dei videt eū excellētius oibus.ſ.viſione ꝯprehenſionis. Joh.j. Deū nemo vidit vnꝙ̄.ſic ſcꝫ cōprehendēdo velut vnigenitꝰ filius ⁊c̄. Et de hac viſione loq̄tur hic dicēs. Ego ſcio eū ſcꝫ noticia comprehēſionis. Itē nota ꝙ ois cognitio eſt ꝑ aliquā ſi̇l'itudinē cū nihil cognoſcat̄ niſi ꝓut ſi̇l'itudo ꝯgniti ē in ꝯgnoſcēte. Oīne aūt qđ ꝓcedit ab aliquo hꝫ eius ſi̇l'itudineꝫ a quo ꝓcedit. Vn̄ oēs deū ꝯgnoſcētes ẜm diuerſuꝫ gradū ꝓceſſionis eorū hn̄t diuerſimode ꝯgnitōem eius. Aia ḡ rōnalis dei ꝯgnitōem hꝫ ẜm ꝙ ſi̇l'itudinē eius ꝑticipat imꝑfectiori q̄dē mō ab alijs creaturis intellectualibꝰ. Angelꝰ aūt q̄ꝛ exp̄ſſiorē dei ſi̇l'itudinē hꝫ:cuꝫ ſit ſignaculū ſi̇l'itudis eiꝰ manifeſtiꝰ deū ꝯgnoſcit Filiꝰ ꝑfectiſſimā dei ſi̇l'itudinē hꝫ cū eiuſdē ſit eſſentie ⁊ ꝟtutis cū ip̄o.⁊ iđ ꝑfectiſſime eū ꝯgnoſcit Jđ dicit. Sꝫ ego ſcio eū.inq̄ntū ſcꝫ ꝯgnoſcibilis ē Cuiꝰ rō eſt.q̄ꝛ ab ip̄o ſuꝫ.q.d. Habeo eādē nature eēntiā cum ip̄o ꝑ ꝯnaturalitatē. Vn̄ ſicut ip̄e ꝑfecte ſe nouit ꝑ eēntiā ſuā.ita ⁊ ꝑ eandē eſſentiā ego ſcio eū ꝑfecte. Sꝫ vt ne referat̄ hoc ad miſſioneꝫ q̄ venit i mūdū. Igit̄ cōtinuo ſubiecit.⁊ ip̄e me miſit.ita ꝙ primū ſcꝫ ego ſcio eū.q̄ꝛ ab ip̄o ſum.referatur ad xp̄i diuinitatē.ꝫ ſecūdi ſcꝫ. Et ip̄e me miſit:ad eius hūanitatē. Sꝫ quod ait. Si dixero neſcio eū.illud introducit̄ ꝓpter duo. Nā creature itellectuales ſciūt eū ꝫ de lōge ⁊ imꝑfecte.q̄ꝛ vnuſquiſꝫ intuet̄ eū ꝓcul Job.xxxvj. Veritas em̄ diuina excedit oēm cognitōem nr̄am. Quicūꝫ ergo deū cognoſcit:p̄t abſꝫ mēdacio dicere q̄ꝛ non cognoſcit eū inq̄ntuꝫ ꝑfecte cognoſcibilis ē. Filiꝰ aūt deū patrē ꝑfectiſſime cognoſcit.ſicut ꝑfectiſſime ſe nouit.vn̄ non p̄ōt dicere neſcio eū. Scđo q̄ꝛ cognitio dei.⁊ maxime q̄ eſt ꝑ gr̄am p̄ōt ꝑdi.ſicut dic̄ illud p̄s.cv. Obliti ſūt deū q̄ redemit eos. Vn̄ poſſum dicere.neſcio ꝙ̄diu ſum i vita iſta.q̄ꝛ nemo ſcit vtꝝ amore vel odio dei dignꝰ ſit. Eccl'ſ.ix. Filiꝰ aūt inamiſſibilē noticiā hꝫ de pr̄e. Vn̄ nō p̄ōt dicere.neſcio eū. In hoc aūt ꝙ dic̄ ero ſi̇l'is vobis mēdax.dꝫ ibi accipi ſi̇l'itudo ꝑ ꝯtriū.nō em̄ mēdaces eſſent ſi dicerēt ſe neſcire deū.ꝫ potiꝰ ſi ſe dicerēt deū cognoſcere cū eū ignorēt. Si aūt xp̄us ſe eū nō noſſe diceret cū eū noſcat eēt mēdax. Eſt ergo ſenſus ꝟbi. Si dixero neſcio.i.nō ſciā.ero ſimilis vobis mēdax q̄ dicitis vos cognoſcere eum cū tamē ip̄m ignoratis. Querebāt ergo eū apprehēdere.⁊ nemo miſit i illuꝫ manꝰ q̄ꝛ nondū venerat hora eius. Propt̄ hoc em̄ qđ dixit eis. Jeſus quē vos neſcitis:irritati ſunt iudei cū ſimularent eū ſcire.⁊ iđo querebāt eum app̄hendere ad occidendū. Sic hodie cōtingit qn̄ mali de ignorantia notātur ſiue accuſant̄ tam grauiter ferūt.⁊ tanto magis irritant̄ quāto grauius indignant̄. Sꝫ tamen ecōtra aliq̄ xp̄m in ſe hn̄tes: querūt ꝑte ip̄m adhuc app̄hendere Can̄.vij. Aſcendā in palmā ⁊ app̄hendā fructꝰ eius. Vn̄ ap̄l'ſ ait. Sequor autē ſi quo mō app̄hendā. Et ſciendū ꝙ nō miſerūt manus i illum ad occidendū. Prio q̄ꝛ virtute diuina ſunt rep̄ſſi.q̄m volūtas nocēdi eſt vnicuiꝫ a ſe.ꝫ nocēdi poteſtas ē a deo. Vn̄ Job.j.⁊.ij.dicit̄ ꝙ ſathan nō potuit iob affligere niſi q̄ntum ꝑmiſſum ē ſibi a deo. Scđo q̄ꝛ nondū hora venerat.ſ. hora captōnis eiꝰ a deo ordinata. Nā vt dicit gloſa. Sicut an̄ ſecula p̄ordinauit mr̄em ꝟginem de qua naſceret̄.ſic etiā preſciuit mortē ⁊ elegit quaꝫ pateret̄.⁊ tp̄s qn̄ pateret̄. Huiꝰ hodie reminiſcēs cū in cruce pendēs dixit. Cōſūmatū eſt.⁊ inclinato capite tradidit ſpm̄. De turba autē multi crediderūt in eū ⁊ dicebāt. Chriſtus cū venerit:nunq̄d plura ſigna faciet ꝙ̄ q̄ hic facit.q.d. Nō eſt aliꝰ expectādus q̄ plura faciet.iđo firmiter tenēdum eſt ꝙ h̄ eſt xp̄s ⁊c̄.

De eodē. Sermo.lv.

## Otun hominem ſanū

t feci i ſabbato Joh.vij. Magnū eſt ſanare hoieꝫ corꝑalit̄.maiꝰ ſanare ſp̄ūalit̄.maximū ſanare vtroꝫ mō.talit̄ xp̄s ſanauit. Jđo dicit. Totū hoiem ſanū ⁊c̄. Fuit em̄ verus medicus ad nos de celo trāſmiſſus.vt oēs nr̄as infirmita-

UVA. BHSC. IyR_034_1

66

res curaret.ps.cij. Qui ſanat oĩes infirmitates
tuas.Aug⁹.Magn⁹ de celo venit medicus.qꝛ ꝑ
totũ mũdum vndiq; iacebat egrot⁹.De iſto egro
to ⁊ medico ꝙ totam hoiem ſanũ fecit in ſabbato
tria ſunt videnda.ſ.ꝙ ſunt cauſe infirmitatis.ſcđo
que ſunt remedia ꝯtra infirmitates.tertio ꝙ ſunt
ſigna ſanitatis. Circa pꝛimũ notãdum.ꝙ que-
dam infirmitas cauſat in hoie ex nimia comeſti-
one.⁊ ſic infirmat⁹ eſt hõ de pomo vetito.ꝙ poſt
ꝙ comedit:infirmitatẽ mentis ⁊ coꝛpis incurrit.
Jſtud etiã viciũ gule in multis oſtẽditur.⁊ iđ hõ
ſepe infirmat Eccl.xxxvij.Jn mltis eſcis nõ de-
erit infirmitas.imo tales guloſi ſepe moꝛiuntur.
Jbidẽ.Pꝛopter crapulã multi perierũt.Coꝛpo-
ra eñ pinguia diu viuere non pñt. Tum qꝛ ſunt
modici ſanguis qui ẽ cauſa vite.Tuꝫ qꝛ caloꝛ na-
turalis ſepe ꝑ nimiã pinguedinẽ ſuffocat.Tuꝫ qꝛ
via ſpũs ſepe ad mẽbꝛa pꝛe nimia pinguedine im
peditur.⁊ ſic moꝛs ſeqᷓtur. Scđo cauſat infirmi
tas ex nimia infrigidatõe.ſic pctm̃ moꝛtale ẽ frigi
de nature.ita ꝙ ignem diuini amoꝛis extinguit.
Pctm̃ eñ eſt aqua frigidiſſima ꝙ extinguit diui-
nũ amoꝛeꝫ.Hiere.vj.Sicut ciſterna frigidã facit
aquã ſuã.ſic frigidã facit malicia aiam ſuã. Jſtud
etiã frigus pcti facit hoiem in bono ope pigrum.
Pꝛouerb.xx.Pꝛopter frigus piger arare noluit.
Pctm̃ eñ pꝛohibet hoiem arare.i.coꝛ ſuũ ꝑ ꝯtri-
tionẽ ſcindere ⁊ ipm ſerere ꝑ bonã opatõem.Nõ
ſolum aũt pctm̃ facit aiam frigidã.ſ; etiã cõgelatã
ita ꝙ reſolui p⁹ moꝛtẽ nõ põt.ſ; calefieri pt ꝑ amo
rem Eccl.xliij.Frigid⁹ vẽtus aqlonis flauit ⁊ ge-
lauit criſtallũ ab aqua. Tertio cauſat infirmitas
ex nimietate coꝛruptõis ſanguis.Sanguis nimi⁹
eſt abũdantia terrenoꝝ ꝙ eſt ſepe cã peccati. Pſ.
lxxij. Pꝛodijt qſi ex adipe iniqtas eoꝝ. Sanguis
putridus ẽ ipa carnalis ꝯcupiſcẽtia ꝙ aiam macu
lat.⁊ corã deo putridã facit.De ꝙ ſanguie đꝛ Eſa.
j.Cũ mltiplicaueritis oꝛones vr̃as nõ exaudiam
manus eñ vr̃e ſanguine plene ſunt.Oſee.iiij.Sã
guis ſanguinẽ tetigit.hoc fit qñ vnũ pctm̃ adduci
tur ad aliud. Quarto cauſat infirmitas ex hũo
rum.i.vicioꝝ coꝛruptõe.pſ.xiij.Coꝛrupti ⁊ abho
miabiles facti ſunt ĩ iniqtatib⁹ ſuis.nõ eſt qui fa-
ciat bonũ.nõ eſt vſq; ad vnũ.i.xp̃m.Beata eñ vir
go nõ fuit ab illa coꝛruptiõe ĩmunis.qꝛ ex hũoꝛe
coꝛrupto fuit generata:ſ; tñ ſancta fuit nata. Xp̃s
aũt de ſctõ ſanguine fuit generatus.nos auteꝫ ex
coꝛruptõne vicioſa ſumus ꝯcepti.nati ⁊ educti.

Scđo videndum ẽ que ſint remedia ꝯtra ipas
infirmitates.Circa qđ notandũ.ꝙ xp̃us qtuoꝛ re
media dedit ꝑ que iſtas ĩfirmitates ſanauit. Pꝛi-
mã eñ ſanauit ꝑ dietã.qñ xl.dieb⁹.⁊ xl.noctib⁹ ie
iunauit.Nos etiã iſtã infirmitatẽ gule ieiunãdo ⁊
abſtinẽdo ſanare debem⁹.Eccl.xxxvij.Qui abſti
nens ẽ adijciet vitã.Ut v̄o nr̃a abſtinentia ſit nr̃a
victoꝛia ⁊ poſſit volare ad deũ dꝫ hr̃e duas alas.
ſcꝫ oꝛoeꝫ ⁊ elemoſinã.Qñ eñ auis non hꝫ alas in
terra remanet.qñ etiã hꝫ tm̃ vnã alã velociter vo-
lare nõ põt.qñ v̄o hꝫ duas alas velocit volat.Sic
etiã qñ qs hꝫ abſtinentiã ⁊ nullã elemoſinã facit:
nec aliquã oꝛoem.tũc ſua abſtinẽtia manet ĩ terra
qñ v̄o hꝫ vnũ illoꝝ paꝝ volare põt.Sꝫ ſi ieiunat
⁊ oꝛat ⁊ elemoſinã dat:tũc ieiuniũ in celuꝫ volat
Scđam infirmitatẽ xp̃us ſanauit ꝑ ſudoꝛẽ.qñ ſcꝫ
fact⁹ eſt ſudoꝛ eius qſi gutte ſanguis decurrẽtis ĩ
terrã.vt đꝛ Lu.xxij.Jpe eñ totus inflãmat⁹ erat
igne amoꝛis nr̃i ꝙ ipm ſudare fecit.⁊ nr̃am frigi-
ditatẽ calefecit.Sic ⁊ nos etiã ſudare debem⁹ la-
chꝛymas emittẽdo.tũc eñi ocul⁹ ſudat qñ ploꝛat
Jn iſto auteꝫ ſudoꝛe lachꝛymaꝝ hõ frigid⁹ inflã
mat.Uñ dicit Gregoꝛi⁹ de magdalena.ꝙ frigida
venit.ſ; inflãmata receſſit.Jn iſto etiam ſudoꝛe la
chꝛymaꝝ ſpũſſanct⁹ libẽter moꝛat.Geñ.j. Spũs
dñi ferebat ſup aqs.Jſto etiã ſudoꝛe lachꝛymarũ
diabol⁹ cõtribulat ⁊ ſubmergit.pſ.lxxiij.Contri
bulaſti capita dꝛaconũ in aqs.Exo.xv. Submer
ſi ſunt qſi plũbũ in aqs vehemẽtib⁹. Tertiã in-
firmitatẽ xp̃s ſanauit ꝑ minutõem qñ in manib⁹
⁊ pedib⁹ ſuis ⁊ latere minutõem fecit. Jſtã auteꝫ
minutõem ⁊ nos facim⁹ qñ venã oꝛis nr̃i in ꝯfeſſi
one apimus.De ꝙ vena đꝛ Pꝛouer.x. Uena vite
os iuſti.os aũt impioꝝ opit iniqtatẽ.Aliqñ auteꝫ
in minutõe ſanguis ẽ putrid⁹.aliqñ ſupfluus.ali
qñ neceſſari⁹.Tũc aũt ẽ laudabilis minutio quã-
do ſanguis putrid⁹ extrahit.ſupfluus diminuit.
⁊ neceſſari⁹ ſeruat.Sãguis putrid⁹ eſt amoꝛ pcti
iſte tot⁹ eſt ab hoie eijciẽd⁹.Sãguis ſupfluus eſt
amoꝛ mũdi qñ qs amat diuitias ⁊ ſupfluitatẽ. Jſte
eñ ꝑ elemoſinã ẽ diminuẽd⁹. Sãguis neceſſari⁹
eſt amoꝛ dei q eſt cã vite aĩe.⁊ iſte ẽ ſeruandus

Quartã ĩfirmitatẽ xp̃s ſanauit ꝑ amare medici
ne ſũptionẽ.pſ.lxviij.Dederũt in eſcã meã fel ⁊c.
Jſtã medicinã amarã ſcꝫ doloꝛẽ coꝛdis nos recipe
debem⁹.ꝙ qnto erit amarioꝛ:tãto ad exp̃ſſanduꝫ
malos humoꝛes erit v̄tuoſioꝛ.Eſa.xxiiij. Amara
erit potio bibẽtibus illã.Jſte doloꝛ aſſilat doloꝛi
toꝛſionũ ⁊ doloꝛi parturiẽtiũ.⁊ doloꝛi flentiũ vni
genitũ.Jſti eñ tres doloꝛes ſunt maioꝛes ꝙ inue
niri pñt.⁊ iđ ſcptura dat nob ꝑ hec intelligere:ꝙ
doloꝛ pcti nõ dꝫ eſſe puus ſ; maxim⁹.De duobus
p̄mis đꝛ Eſa.xiij.Toꝛſiões ⁊ doloꝛes tenebũt qſi
parturiẽs dolebũt.De tertio hiere.vj. Luctũ vni-
geniti fac tibi planctũ amaꝝ Tertio vidẽdũ eſt ꝙ
ſunt ſigna ſanitat.Circa qđ ſciẽdũ.ꝙ qtuoꝛ ſũt ſi-
gna ſanitatis ꝑfecte.Pꝛimũ ẽ appetit⁹ oꝛdinatus
Tria eñi ſunt ꝙ appeti pñt.ſ.nociua.ſupflua.⁊ vti
lia ſiue neceſſaria. Si poſt infirmitatẽ qs appetit
nociua vel nimis ſupflua manifeſte ẽ ꝙ nõ eſt ꝑfe
cte ſanat⁹.Si v̄o appetit vtilia vl neceſſaria ꝑfctẽ
eſt ſanat⁹.Sic ſpũalit.nociua ſũt male ſocietates
vel pcti occaſiões ꝙ ſunt ſepe cã pcti.Pꝛouer.xiij
Qui cũ ſapiẽtib⁹ gradit ſapiẽs erit.amic⁹ ſtulto-
rũ efficiet ſilis.Supflua ſũt diuitie mũdane ꝙ ni
mis ſupflue abũdãt.Jlli igit q hñt appetitũ cani-
num terrena ⁊ ſupflua appetẽdo:ꝑfecte ſanati nõ
ſunt.De qbus đꝛ in pſ.lviij.Famẽ patiẽtur vt ca
nes.Neceſſaria ⁊ vtilia ſunt ſpũalia ad que apls
nos hoꝛtat dicẽs ad Col.iij.Que ſurſuꝫ ſunt ſapi
te:nõ ꝙ ſup terrã.Scđm ſignũ ẽ toti⁹ coꝛpis ⁊ coꝛ
dis foꝛtificatio.Debẽt eñi eẽ foꝛtes in faciẽdo opa
foꝛtia.Phil.iiij.Oia poſſuꝫ ĩ eo ꝙ me ꝯfoꝛtat. Jn
ꝓficiẽdo de bonis ad melioꝛa.pſ.lxxxiij.Jbũt de
v̄tute in v̄tutẽ.patient ⁊ ꝑſeuerãter ſuſtinẽdo ad-
uerſa.Heb.xij.Jn diſciplina ꝑſeuerate.qs eſt eñi



UVA. BHSC. IyR_034_1

filius quē non corripit pater. Tercium ſignū eſt coloris venuſtas. Illi em̄ qui habent viuidū colorem ꝑfecte ſanati ſunt. Debet autē ꝑfecte ſanatus tres hr̄e colores: iuxta illud Cañ. v. Dilectꝰ meuſ cādidꝰ ⁊ rubicūdus electꝰ ex milibꝰ. Debȝ em̄ ſpiritualiſ ſanatꝰ cādidū hr̄e colorē ꝑ puritatē. rubicūdū ꝑ charitatē. ⁊ lucidū ꝑ lucidā ꝯuerſatōeȝ Et iſte ē color electꝰ ex milibꝰ. ille ex milibꝰ eligiſ: q̇ inter malos ſcē ⁊ honeſte ꝯuerſaſ. Quartū ſignū mēbrorꝫ leuitas ⁊ agilitas. Veri em̄ penitētes ad oia dei mādata ſūt valde agiles Eſa. xl. Qui ſperāt i dño mutabūt fortitudineȝ. aſſumēt pēnas vt aq̄le. currēt ⁊ nō laborabūt. ambulabūt ⁊ nō deficiēt. Pctōres aūt ſunt valde ponderoſi ⁊ graues. ita ꝙ nec deꝰ p̄t eos portare Hiere. xxiij. Vos eſtꝭ onus. ꝓijciaȝ vos q̇ppe dic̄ dñs. Eſa. j. Laboraui ſuſtinēs. Nec etiā celū potuit eos ſuſtinere. ſicut patuit i lucifero Lu. x. Videbā ſathanā quaſi fulgur de celo cadētē. Nec tādē t̄ra poterit eos ſuſtinere Eſa. xiij. Ecce dies dñi veniet crudelꝭ ⁊ indigñtionis plenꝰ. ⁊ ira furoriſq; ad ponēdū terrā i ſolitudinē. ⁊ pctōres eiꝰ cōterēdos de ea ⁊c̄.

Feria. iiij. Sermo. lvj.

# Vade ad natatoria ſyloe ⁊ laua te.

Joh. ix. Cōſuetudo ē hoies volētes ire ad magnū dñm ſecū in mēſa ſedere ornāt ⁊ lauant ſe ne videanſ aliq̄ in eis q̄ offendāt oculos dñi. Spūaliſ. Et ſic nos ſi debemꝰ ire ad mēſam dñi: indigemꝰ ornatu ⁊ lotōe. Figuratur Leuiſ. xj. Qui tetigerit morticinia imūdus erit vſq; ad veſꝑam. ⁊ lauet veſtim̄ta ſua. ⁊ ſic nos Et h̄ docet ſctā mr̄ eccl'ia i introitu. Cū ſcificatus fuero i vob ꝯgregabo vos de vniuerſ terris ⁊ effūdam ſuꝑ vos aquā mūdā ⁊c̄. Tūc ſctificamꝰ dño qn̄ eū cū vera deuotōe laudamꝰ. Et h̄ petit in collecta. Pr̄a qm̄s omp̄s ds̄ vt q̇s ieiunia votiua caſtigāt ip̄a q̇ȝ deuotio ſctā letificet: vt terrenis affectibꝰ mitigatꝭ faciliꝰ celeſtia capiamꝰ. Siľr in ꝓphetia Ezech. xxxvj. Effundā ſuꝑ vos aquā mundā ⁊c̄. Et ab vniuerſ idolis mūdabo vos. ⁊ dabo vobis cor nouū ⁊ ſpm̄ nouū. ponā in medio vr̄i. ⁊ auferā cor lapideū de carne vr̄a. Et dabo vob̄ cor carneū ⁊ habitabitis i terra quā dedi pr̄ibus vr̄is ⁊ eritis mihi i ppl'm ⁊ ego vobis i deū. Siľr i epl'a Eſa. j. Lauami ⁊ mūdi eſtote. auferte malū cogitationū vr̄aꝝ ab oculis meis. Quieſcite ꝑuerſe agere. diſcite bñfacere. Querite iudiciū ⁊ ſbuenite oppreſſo. iudicate pupillo. ⁊ defendite viduā ⁊c̄. Si fuerint pctā vr̄a vt coccinū q̄ſi nix dealbabūſ ⁊c̄. Siľr i euāgelio. Vade ad natatoria ⁊c̄. In ſumma euāgelij tria inuūtur. Pr̄io diſcipuloꝝ inſrogatio. cum dr̄ Rabbi ⁊c̄. Scd̄o ceci illūinatio. ibi. Vade ad natato. ⁊c̄. Tertio phariſeoꝝ murmuratio. ibi. Nō eſt h̄ hō ⁊c̄. De p̄mo dic̄. In illo tp̄e. ſ. cuȝ iudei xp̄m voluerūt lapidare. tūc exiuit de tēplo. ⁊ p̄teriēs vidit hoiem cecū a natitate. Gloſa. Nō potuit curari ꝑ naturā. Et inſrogauerūt eū diſcipuli eiꝰ. Rabbi q̇s peccauit. h̄ aut ꝑentes eiꝰ vt cecus naſcereſ. Illā inſrogatōeȝ habuerūt ex h̄ ꝙ audiuerūt qn̄ dñs ſanauit ꝑaliticū. Joh. v. ſic̄ ait. Vade ⁊ ampliꝰ noli peccare. Sic ergo eſtimabāt ⁊ hic accidiſſe Nota infirmitas ꝑmittiſ a dō mľtis rōnibꝰ. Pr̄io ꝓpter meritū augēdū Et ſic i iob xvij. qui ait. Nō peccaui: ⁊ i amaritudinibꝰ moratur oculꝰ meꝰ. Scd̄o ne hō exalteſ. Et ſic i beato paulo. ij. ad Coꝝ. xij. ne mḡnitudo reuelationū extollat me: datꝰ eſt mihi ſtimulꝰ carnis mee ⁊c̄. Tertio vt pniam ſuſcipiat pctōr. p̄s. xv. Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ: poſtea accelerauerūt. Reuera multi nō cognoſcūt ſe niſi i infirmitate. p̄s. lxxxij. Imple facies eoꝝ ignominia: ⁊ querēt nomen tuū dñe. Figuraſ in filijs iſrael. p̄s. lxxvij. Dū occideret eos q̄rebāt eū ⁊ reuertebātur. ⁊ diluculo veniebāt ad euȝ. Quarto ꝓpter pctm̄. vt qui ſe nō velit meliorare i infirmitatibꝰ. ꝙ ſua ꝑena incipiet hic ⁊ durabit ibi eternaľr. ſicut ptȝ in Pharaone in Exodo. Et ſic in herode ⁊ in antiocho ⁊c̄. Quito vt infirmitas mirabiliſ ſaneſ. ⁊ ex hoc oſtēdatur dei v̄tus ⁊ potētia. Et ſic thobias ſanatꝰ eſt Thob. ij. Et ſic in ceco Ergo xp̄us rn̄dit. Neq; hic peccauit. neq; ꝑentes eiꝰ. Sȝ di. tn̄ ſcribiſ. j. Joh. ſ Si dixerimꝰ q̄ pctm̄ nō habemꝰ ipſi nos ſeducimus. ⁊ veritas in nob̄ nō eſt. Rn̄deſ veꝝ eſt: ſȝ nō ita grauiſ peccauit vt cecus naſcereſ. ſȝ vt oꝑa dei manifeſtarenſ in illo. i. diuinitas xp̄i manifeſtaretur. Seq̄tur Me oportet oꝑari oꝑa eiꝰ q̇ miſit me ſcȝ pr̄is. Galľ. iiij. Cū venit plenitudo tp̄is miſit deus filiū ſuū factū ex muliere: vt eos q̇ ſb̄ lege erāt redimeret ⁊c̄. hoc fuit opus redēptōis. Abacuc. ij Cōſideraui oꝑa tua ⁊ expaui. ſ. te pendentē in patibulo. in medio duū anialium. i. latronū. Scd̄m opus fuit recōciliatōnis hoim cū deo. ad Eph̄. ij. Veniēs nūciauit pacē his q̇ lōge ſunt. ſ. a deo. ad Ro. v. Cū inimici eſſemꝰ recōciliati ſumꝰ deo per mortē filij eiꝰ. Seq̄tur. donec dies ē. Nota xp̄s noiat ſe dic̄. Nā ſicut dies hȝ duodecim horas. ſic xp̄s hȝ duodecim horas. i. apl'os. Hic dies defecit ⁊ inclinatꝰ eſt i cruce. q̄re ſupra i ſermōe. Nox precesſit dies aūt appropinq̄bit. Veniet nox. i. tēpus mortis ꝓpter incertitudinem Eccl's. ix. Neſcit hō an amore vľ odio dei dignꝰ ſit. Job. xxxij. Neſcio q̄diu ſubſiſtā ⁊ ſi poſt modicum tollat me factor meꝰ. p̄s. xxxj. In via hac q̄ gradieris ⁊c̄. Secūdo mors dr̄ nox q̄ ſicut i nocte laborās recipit p̄miū ⁊ vadit domū. ſic quis in nocte ſue mortis recipiet p̄miū ſm̄ oꝑa eius. ⁊ ſic nos. Athanaſius. Ibūt boni i vitā eternā mali v̄o in ſuppliciū eternū. Tertio i nocte recipiūtur inimici ⁊ excludunſ amici. ⁊ ſic i morte. Mat. xxv. Neſcio vos. ⁊ clauſa ē ianua. Ergo Eccl's. ix. dr̄. Quodcūq; pōt manus tua oꝑari inſtāter fac. q̄ nec opus nec rō nec ſcia nec ſapia erūt apud inferos q̇ tu ꝓperas. ad Galľ. vj. Cū tēpus habemꝰ oꝑemur bonū ad oēs q̄ homini nō veſtito veſte nuptiali dr̄ Mat. xxij. Ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ mittite eum i tenebras exteriores. Dixi ſcd̄o innuiſ ceci illūinatio cum ſb̄dit. Hec cū dixiſſet expuit in terrā. ⁊ fecit lutuȝ ex ſputo ⁊ liniuit oculos eiꝰ. h̄ fecit iō vt daret intelligere ꝙ hūanitas eēt inſtrumētū diuinitatꝭ. et etiā ideo: vt oſtēderet ſe illū q̇ primū hoiem plaſmauit de terra. Et ait. vade ⁊ laua ad natatoria ſyloe. Gloſa. Hec aqua oriſ ad radicē montis ſyon. ⁊ nō ſemꝑ: ſȝ i certis horis ob memoriā facti ebul-

UVA. BHSC. IyR_034_1

lit ꝑ ꝯcaua terrarū.Nā cum Senacherib obſede-rat hieruſalē piſcina iſta ꝯmunis erat aſſyrijs et hieroſolymitis.ita ꝙ vterq; poterāt inde haurire Sed ad orōnē Eſaie factū eſt cū egrediebātur hie roſolymite.erat ibi aqua.Qn̄ vo veniebāt aſſyrij tunc erat ſiccata.Seqtur.Qđ interpretaƬ miſſus. Mgr̄ in hyſtoria.Et hoc iō.cū manaſſes rex hie-ruſalē iuxͣ piſcinā ſyloe Eſaiā ſerra lignea ꝑ medi um ſecare feciſſet.ꝛ ille anguſtiareƬ in ſectōne.pe tijt ſibi dare aquā vt biberet.q̄ cū negauerāt ei:mi ſit dn̄s aquā de ſublimi in os ei⁹ ꝛ expirauit. Ob hāc aque miſſionē ſyloe interpꝛtaƬ miſſus. Tūc innuiƬ ceci obediētia cuȝ ſeqtur.Abijt ꝛ lauit ſe et venit videns.Licet eīm xp̄s ſolo vbo potuiſſet ſa-nare hūc cecū.tn̄ noluit hoc facere.ſꝫ multa fecit circa eius ſanatōem q̄ lr̄alem hn̄t cām ꝛ etiā ſpūa lem.Primo eīm expuit.ad oſtēdēdū ꝙ vtus ſana tiua q̄dāmō erat ab eius hūanitate inqn̄ū eſt or-ganū diuinitatis.Lu.vj.Uirt⁹ de iſto exibat ꝛ ſana-uit oēs.Scđo fecit lutum.vt oñderet ꝙ fecit pri-mū hoīeȝ de luto.Tertio liniuit ocl'os ceci vt oñ-deret ſe reformatorē corꝑm.q: nobilia membra re formauit.multomagis ignobiliora pt̄ reformare Quarto dixit ei.Uade ad natatoria ꝛc̄.ne videreƬ terra ſup oculos linita vtutē ſanatiuā oculi hr̄e. Uñ q̄diu lutū ſup oculos habuit nō vidit:ſꝫ poſt q̄ lauit.Miſit aūt longe eū ad aquā. Pͥo vt trā ſeūdo ꝑ ciuitatē linit⁹ a multis videreƬ.vt eſſȝ mi raculū magƚ notoriū.Scđo vt ꝯmēdareƬ ceci obe diētia ꝛ fides.Frequēter eīm forte lutū habuit ſup oculos.ꝛ frequēter forte lauabaƬ in ſyloe.ꝛ tn̄ ex h̄ nō videbat.Et potuit dicere.frequenter me laui ꝛ nihil ꝑfeci.hoc tn̄ iā non dixit.ſꝫ ſimplr̄ obediuit ꝛ credidit vbis ieſu.Sȝ qđ euāgeliſta addit.qđ in terpꝛtatur miſſus.hoc fecit ad deſignādum myſte riū xp̄i miſſi ad ſaluteȝ hoīm.Quinto poniƬ effe-ctus viſionis.q: venit videns.ſicut p̄dictum fuit Eſa.xxxv.Tūc apieƬ oculi cecoꝝ ꝛc̄.Cām vo ſpi ritualē aſſignat Aug⁹.q̄ dicit.ꝙ ꝑ ſputū de capite deſcēdens deſignaƬ vbuȝ dei qđ a deo capite om niū rex ꝑcedit.Eccl.xxiiij.Ego ex ore altiſſimi ꝓ dij.Tūc ergo de ſputo ꝛ terra lutū fecit qn̄ vbum caro factū eſt.Liniuit aūt ſeu vnxit oculos cordiſ ipius ceci.i.hūani generis ꝑ fidē incarnatōis xp̄i ſꝫ nōdum videbat.ſꝫ qn̄ inūxit forte cathecuminū fecit q̄ interpꝛtatur inſtruct⁹.q̄ fidem hꝫ:ſꝫ nonduȝ baptiſat⁹.Et iō mittit eū ad piſcinā que vocaƬ ſy-loe.vt laueƬ ꝛ illūinetur.i.baptiſeƬ vt in baptiſmo plena illūinatōem recipiat.Uñ ſm Dyoniſium. baptiſmus dr̄ illumiatio Ezech.xxxvj. Effundaȝ ſup vos aquā mūdā:ꝛ mūdabimini ab oib⁹ inīq̄ namētis vr̄is.InterpꝛtaƬ autē ſyloe miſſus.q: q̄cū q̄ baptiſanƬ oportet vt baptiſenƬ in xp̄o q̄ eſt miſ ſus a p̄re.ad Gal.iij.Quicūq; i xp̄o baptiſati eſtƚ xp̄m induiſtis. Niſi eīm ille fuiſſet miſſus:nemo nr̄m eſſet ab iniqtate dimiſſus.Gregori⁹ autē dic ꝙ ꝑ ſaliuā ſapoꝛ intime ꝯtēplationis accipiƬ q̄ ad os de capite ꝯditoris defluit.q: de claritate cōdi-toris adhuc i hac vita poſitos guſtu reuelatōnis tāgit.Uñ dn̄s ſaliuā luto miſcuit.ꝛ ceci nati ocl'os aꝑuit.q: ſupna gr̄a carnalē cogitatōem nr̄am per admixtōem ſue ꝯtēplatōnis irradiat.ꝛ ab origina

li cecitate hoīes ad intellectū reformat. Tūc ſub-dit.Itaq; vicini ꝛ qui viderāt eū prius:q: mendi cus erat:dicebāt.Nōne hic eſt qui ſedebat ꝛ men dicabat.alij dicebāt.hic eſt.alij autē neqꝗq;.ſꝫ ſi-milis ē ei. Sciēdum ꝙ queriƬ hic de ꝑſona illu minati.q: mirabātur iudei de miraculi mḡnitudi ne.qđ videbaƬ eis incredibile.Et iō dicebaƬ infra A ſeculo aūt nō eſt auditū q: q̄s aperuit ocl'os ce-ci nati.Et implebaƬ illud Abacuc.j.Opus factū eſt i diebus nr̄is qđ nemo credet cū narrabiƬ. Itē mirabātur ꝙ iſte curat⁹ fuit q̄ videbaƬ ignobilis ꝛ curatōe indignus.Dn̄s tn̄ q: ꝓpter paupratem nullū repulit q̄ ꝓpter ſalutē hoīm venit Iaco.ij. Nōne deus elegit i hoc mūdo paupes.diuites in fide.oñdit ſuā clemētiā curādo illū mēdicū cuȝ in mḡna erat deuotōe.Opiniōes aūt fuerūt int̄ eos qui eīm dicebāt.h̄ eſt.mouebātur ex eo.q: ſepe euȝ viderūt.ꝛ ſilr̄ diſcurrentē ꝑ ciuitateȝ ad natatoria ſyloe viderūt.Qui autē dixerūt nō eſt.mouebāƬ ex eo qđ ſm Aug.oculi reſtituti mutauerūt vultū eius. Nihil eīm ita cognoſcibile reddit hoīem ſic viſus Eccī.xix.Ex viſu ꝯgnoſciƬ vir.Ille aūt dice bat q: ego ſum.vox gratitudis eſt illa.Glo.Confi tebaƬ ſe eſſe.etiā laudat euȝ q̄ tamb̄n fecerat ipm eſſe.Thob.xiij.Bn̄dicite deū celi:ꝛ coram oibus viuētibus ꝯfitebimur illi.q: fecit nobiſcū miſeri-cordiā ſuā.Dicebāt ergo iudei.Quo apti ſunt ti-bi oculi.Rn̄dit.Ille hō qui dr̄ ieſus:fecit lutuȝ ꝛ vnxit oculos meos ꝛ dixit mihi.Uade ad natato ria ſyloe.ꝛ laua.ꝛ abij ꝛ laui ꝛ video.Hic querunt de ipa illūinatōne.ꝛ rn̄dit eis. Ubi ſciēdū ꝙ illa queſtio ex curioſitate ꝑcedit.q: hunc modū neq; ipe qui curat⁹ eſt.neq; nos nouim⁹.nec ꝯpꝛehēdi mus.Eccī.iij.In pluribꝰ opibus eius nō fueris curioſus.Cecus rn̄dit ad queſtionē ſm qđ nouit. vñ dicit illuminatorē ſuū hoīem:quē non nouit ad huc deū:ꝛ hō erat Phil.ij.In ſilitudinē hoīm fa ctus:ꝛ habitu inuētus vt hō.Itē dixit xp̄m ieſuȝ vñ licet eū non viderat cuȝ cecus erat.iuerat tamē ad natatoria ſyloe.auditu tn̄ ꝯgnouit ꝙ ieſus fue-rat.Sed q: non viderat quō ex luto ſputū fecit.j. Ioh.i.Qđ audiuim⁹ ꝛ vidim⁹ oculis nr̄is pſpexi mus.ꝛ manus nr̄e ꝛc̄.Abibat etiā cecus.abij ꝛ la ui ꝛ video.Et recte poſt obedientiā illuminatur.q: diciƬ Act.v.Dabit ſpm̄ſcm̄ obediētib⁹ ſibi.Uide ceci cōſtantiā ſm gloſam q̄ dicit. Bene iam vide-bat q̄ ſic grām ſibi pſtitam annūciabat.iam euan geliſat.xp̄m p̄dicat illumiatorē ſuū.Dixerunt er-go ei.vbi ē ille.Ille ait.neſcio.q: anteq; eſſȝ reuer ſus de natatorio:chriſt⁹ receſſit de loco. Per illā neſcientiā intelligiƬ noſtra. De qua.j.ad Cor.xiij Ex p̄te ꝯgnoſcim⁹ ꝛ ex p̄te ꝓphetam⁹. Item illā quā noſcimus an odio vel amore dei digni ſum⁹ Eccl's.ix.Item iſtā qua neſcim⁹ p̄ntiaȝ vel abſen-tiam ſponſi.ꝛ illa eſt valde piculoſa. Neſcire eīm vñ veniat aut quo vadat:nullū eſt miraculū. Sȝ neſcire qn̄ veniat aut qn̄ recedat piculoſiſſimū eſt q: tūc neſcitur q̄liter p̄ſens ꝓ ſua dignitate reuer tatur.ꝛ q̄liter abſens ſollicite reuoceƬ.docēs illud Cant.vj.Reuertere reuertere ꝛc̄.Adducūt euȝ ad phariſeos q̄ cecus fuerat.Erat aūt ſabbatū qn̄ lu tum fecit ihs ꝛ aperuit oculos ei⁹.Volēs eīm euā-

gēliſta hic oſtendere quō chriſtū querebāt phari-
ſei a ceco:ꝓmittit quō cecus phariſeis ꝓſentabat
Et hoc ideo:qꝛ volebāt ihm adducere ꝙ dānaret
pro ſolutōe ſabbati.quē minime inuenientes:addu-
cūt cecū|vt cogat importunitate vel timore aliqd
ↄtra xp̄m ↄfingere Hiere.v. Ibo ergo ad optima-
tes ⁊ loquar eis.Ecce hi magꝭ ſimul ↄfregerūt iu
gum.ruperūt vincula.Iterū interrogabāt eū pha
riſei quō vidiſſet.O ceci phariſei qd interrogatis
de gr̄a q̄ ignoratis de natura.qd q̄ritis illūiato
rem q̄ non creditis redēptorem.Ille aūt dixit eis
Lutū poſuit mihi ſup oculos:⁊ laui ⁊ video.Am
miranda ceci ↄſtantia.qꝛ ꝙ coram ppl'o de xp̄o ve
ritatē ↄfitebat non fuit magnū.ſ; in magno picu-
lo ↄſtitutus coram phariſeis.neqꝫ negat neqꝫ con
traria dic̄.ps.Loq̄bar de teſtionij̄s tuis i cōſpectu
regū ⁊ non ↄfundebar.Ammirāda eſt etiā ipſius i
duſtria.qꝛ narrantiū mores ſeruat q̄ qd̄ prius dif-
fuſe referūt.poſtea ſuccinctim loquūtur. Sic ille
hic fecit:vt pꝫ intuēti. Dicebāt ergo ex phariſeis
quidā.Nō eſt hō ex deo q̄ ſabbatū non cuſtodit.
Alij dicūt quō poteſt hō peccator hec ſigna face-
re ⁊ ſciſma erat inter eos. Ubi ſciendū.ꝙ ſi ma
licioſi aliqd boni vident ſp illud ad malū referūt
ſm illud Ecc̄i.xj.Bona i mala ↄuertens inſidiat
⁊ in electis iponet maculam.Sic iſti tacēt ꝙ cecū
illuminauit.⁊ referūt ꝙ videbatur ſabbatū violaſſe
qd̄ tñ non fecit.Dñs eñi ꝓhibens opari i ſabbato
intendit de ope ſeruili qñ dixit.Omē opus ſerui-
le nō facietis i eo.Opus aūt ſeruile eſt pctm̄ Io.
viij.Qui facit pctm̄ ſeruꝰ eſt pcti. Ergo qui facit
opa peccati i ſabbato ſoluit ſabbatū.qui autē ſine
pctō erat potiꝰ ſabbatū cuſtodiebat.ergo dixerūt
Quō poteſt hō pctōꝛ ſigna facere. Sed Ioh.xj.
dicitur:ꝙ multi ex iudeis crediderūt in euꝫ.ſed ꝓ
pter phariſeos veritatē dicere nō audebāt. Diſci-
diū ⁊ ſciſma qd̄ erat inter eos:fuit ſignū interitus
eoꝝ Oſee.x.Diuiſum ē cor eoꝝ nūc interibūt. Et
Matth.xij.Omē regnū in ſe diuiſum deſolabitur
Dicūt ergo ceco.Tu qd dicis de eo q̄ aperuit ocu
los tuos.Ille autē dixit.Quia ꝓpheta eſt.Inter
rogat ſententia a ceco de ꝑſona illuminātis.hic eñi
erat abilis q̄ de xp̄o bene ſentiebat ſm Chriſ. Et
hoc apparet ex modo interrogādi.qꝛ ↄmemorant
ceco bñficium acceptū dicentes.Qui apuit oc'los
tuos.q̄ al's dicebāt.qui ſoluit ſabbatum . Cecus
autē ad h̄ reſpōdit iterū qd̄ nouit.dicens eū ꝓphe
tam quē filium dei nondū nouit.Et vere ꝓpheta
fuit Deut.xviij. Prophetā de gēte tua ⁊ de fratri-
bus tuis ſuſcitabit tibi dñs.Ipē etiā de ſe ait Lu.
xiij.Non capit ꝓphetaꝫ perire extra ihr'm.Et ne-
mo ꝓpheta acceptus eſt i patria ſua.Lu.iiij.Ille
propheta ꝓphetiſat bonis Mat.xxv.Uenite be-
nedicti ⁊c̄.⁊ malis.Ite maledicti i ignem eternū.

Nota pro doctrina.ꝑ iſtum cecū intelligit pec-
cator. Unde Soph.j.Ambulabunt vt ceci qꝛ do-
mino peccauerūt.Nam cecitas corꝑalis cauſat a
tribus.Primo a puluere.ſcd̄o ab igne.tertio a tu
more.Pr̄io cauſat a puluere terrene cupiditatis.
Figurat Thobie.ij.vbi dꝛ ꝙ Thobias ex ſterco-
re hyrūdinis fuit excecatus.Iſta ſtercora ſunt tē-
poralia.De q̄bus Phil'.iij.Oia arbitratꝰ ſum vt
ſtercora vt xp̄m lucrifaciam.Eſt autē periculū qñ
iſta ſtercora ſiue illi pulueres adherēt oculis ani-
me nimis.Idō Math.x.Excutite puluerē de pe
dibus vr̄is.qꝛ iſta tēporalia excecāt oc'los anime.
vt homo nō ↄgnoſcat deū creatorem ſuū.id̄ Exo
di.xxiij.Non accipies mūera q̄ excecāt etiam pru
dētes.Et Exod̄.xviij.dixit Ietro ad moyſen.Eli-
ge tibi viros timētes deū in q̄bus ſit veritas.⁊ q̄
oderint auariciā.Et Ecc̄i.xx. Xenia ⁊ dona exce-
cant oc'los iudicū.Contra illam cecitatē habetur
colliriū amaꝝ.qd̄ conficitur ex felle piſcis q̄ oculi
thobie ſanati ſunt.vt habet Thob.xj.Et rep̄ſenta
uit xp̄m ꝓut fuit in patibulo crucis tanq̄ piſcis aſ
ſatus ⁊ felle potatus.ps.xxj.Aruit tanq̄ teſta vir
tus mea.⁊ denudatus.Matt.ix. Uulpes foueas
hñt.filius aūt hois non hꝫ vbi caput ſuū reclinet
Iſta pauptas paſſionis debet nos inducere ad ſu
ſtinēdum pauptatē pro xp̄o Scd̄o cauſat ceci-
tas ſp̄ualis ab igne carnalis ↄcupiſcētie.ps.lvij.
Supcecidit ignis ⁊ nō viderūt ſolem. Sicut eñi
viſus excecat ad peluim candētē.ſic libidinoſus
ad ↄcupiſcētiā ardētē.Ber.Carnis delectatio mē
tem quā inficit obſcurat.Et ſic fuerūt excecati duo
ſenes ſacerdotes Dañ.xiij.Declinauerūt oculos
ne viderent celū.neqꝫ recordarent iudicioꝝ iuſto-
rum.Et figurat Iudicū.xvj.in Dalida q̄ exceca-
uit Samſonē.Sp̄ualiter.dalida ſignificat luxu-
riā ſiue carnis ↄcupiſcentiā ꝑ quam hō excecat ⁊
tradit in manus inimicoꝝ ſuoꝝ.i.demonū. Sed
hoc ꝓhibetur Ecc̄i.xviij. Poſt ↄcupiſcētias tuas
ne eas.⁊ a volūtate tua auertere.Nā ſi vadis poſt
ↄcupiſcētias anie tue.i.vite.traderis inimicꝭ tuis
Et ſic fuerūt excecati ſodomite Geñ.xix. Scien
dum tñ qñ vas cordis ꝑ ignem male ↄcupiſcētie
bulliat:tūc triplex debet hr̄e remediū. Primū ē.
ꝙ vas dꝫ ab igne remoueri.i.a colloquijs ⁊ aſpe-
ctibus mulieꝝ ſe abſentare.Ecc̄i.ix. Auerte faciē
tuā a muliere compta:⁊ ne circūſpicias ſpēm ali-
enā.ꝓpter ſpēm eñi mulieris multi perierūt . Et
ex h̄ ↄcupiſcētia q̄ſi ignis exardeſcit. Scd̄m eſt ꝙ
ligna ſiue prunas.i.cogitatōnes ignitas a corde
ſuo abijcere debēt.qꝛ dꝛ Prouerb.vj.Nūquid ab
ſcondere pōt homo ignē in ſinu ſuo vt nō ↄburā
tur veſtimenta eius.aut ambulare ſup prunas vt
nō plante comburātur eiꝰ.Tertiū eſt ꝙ aquā fri-
gidā.i.penitētiā aſperā corpori ſuo imponāt.Ecc̄i
xj.Malicia vniꝰ hore obliuionē facit luxurie ma
gne.Nā dicit ap'lus.j.ad Coꝝ.ix.Caſtigo corpus
meū ⁊ in ſeruitutē redigo ⁊c̄. Contra illā cecitatē
habet colliriū totū dulce qd̄ conficit ex fauo mel
lis quo illumiati ſunt oculi Ionathe.vt hr̄.j.Re
gum.xiiij.Et ſignificat xp̄m ꝓut eſt in regno vbi
erit totus dulcis.Ecc̄i.xxiiij.Sp̄us meus ſup mel
dulcis:⁊ hereditas mea ſuper mel ⁊ fauū.ps.Q̄
magna multitudo dulcedinis tue dñe.Et hec dul
cedo expellit ignē cecitatis luxurie. Nā oēs de
licie carnales deberent contēni vt ſaltem vna ho
ra facies dei poſſet videri. Tertio cauſat cecitas
ex tumore ſupbie.qꝛ ſicut dicit gregoriꝰ. Tumor
mentis eſt obſtaculū veritatis.Zach.xij.Dēm ſu-
perbū ꝑcutiam cecitate Figurat in Sedechia.iiij
Regum.xxv.qui in regali dignitate ſupbiuit.⁊ id̄

UVA. BHSC. IyR_034_1

a rege babylonie ëxcecatus fuit. Sic omẽs ſupbi
excecant̃. Apoč. iij. Tu dicis diues ſum ⁊ nullius
egeo. ⁊ neſcis quia miſer es. paup. nudus. ⁊ cecus
Gloſa. miſer es in vita cũ per ignorantiã pereas.
paup in bonis. nudus i virtutib⁹ ⁊ cecus. qꝛ dece
ptus es. ⁊ vicia nõ recognoſcis. Iſta cecitas a na
tiuitate ẽ inducta. Nam ſupbia in affectu ortũ ha
buit in celo. ſupbia in intellectu in paradiſo terre
ſtri. ſupbia in actu ortum habuit in mũdo quãdo
Cayn occidit Abel. Contra illam cecitatẽ colliriũ
habetur qđ fecit xp̃us quando fecit lutum ex ſpu
to ⁊ liniuit ſuper oculos ceci ⁊ illumiat⁹ eſt. vt pa
tet i hoc euangelio. Sic pctõr debet lutum pone
re ſup oculos cordis ꝯſiderando ſe de luto factuȝ
Job. xxx. Compatus ſum luto ⁊ aſſimilatus ſum
fauille ⁊ cineri. Bern̄. Stude teip̃m ꝯgnoſcere. qꝛ
meli⁹ ẽ ſcire teip̃m q̄ꝫ ſi te negligẽdo curſum aſtro
rum iueſtigares. Gregori⁹. Quãto quiſꝗ ſeip̃m
minus videt: tanto minus ſibi diſplicet. Et quan
to maioris grẽ lumen recipit: tanto amplius q̇d
de ſe pãdere debeat ꝯgnoſcit. Legitur de alexã-
dro magno. Cum alexander oẽs regiones terre ⁊
inſulas maris pagraſſet. ⁊ ſibi ſubiugaſſet: p̃ſum
pſit ire ad paradiſum. ⁊ premiſit nũcios ſuos. qui
bus occurrit q̇dam ſenex dicens. Dicite domino
veſtro ꝙ non põt huc venire niſi p humilitatẽ. Et
dedit eis lapidem ad ſilitudinem oculi vt porta-
rẽt eum domio ſuo. Quẽ cum accepiſſet alexan-
der oſtẽdit eum viro ſapienti cuidam: vt diceret ſi
bi eius virtutẽ. Qui ponderauit euȝ. Cũꝗ lapis
poſitus nudus eẽt in lance vna: adeo grauis erat
⁊ plus q̄ꝫ oia alia quecũꝗ ponere poterãt in alia
lance ponderauit. Deinde operuit lapidẽ terra. ⁊
tũc adeo leuis erat ꝙ pẽna vna paruula plus eo
ponderauit. Et dixit ſapiẽs. Per lapidẽ iſtum tu
es deſignat⁹. quia q̄ꝫdiu viuis es maior oibus et
om̃ia tibi ſubiugas. Poſtq̄ꝫ aũt coopertus fueris
terra ſcȝ poſt mortem vilior eris vna pẽna. qꝛ ſup
bi q̇ modo magni apparẽt poſt mortẽ nihil erũt.

Feria q̇nta Sermo. lvij.

## Cum audiſſent quidã

c de turba hos ſermones dicebant Hic eſt
vere propheta. Joh. vij. Sicut veritas
⁊ falſitas ſũt duo veriſſima ꝯtraria: ita boni ⁊ ma
li ab euo ꝯtraria fuerũt. quia dicit̃. ij. Corinth. vj.
Que participatio iuſticie ad iniq̇tatem aut ſocie
tas luci ad tenebras. ⁊ que ꝯuẽtio chriſti ad belial
q. d. nulla. Et non eſt mirũ ꝙ boni ⁊ mali ad inui
cem ꝯtrariant̃. qꝛ habent duos domios ꝯtrarios.
videlicet deũ ⁊ diabolum. Boni em̃ deo ſeruiũt ⁊
mali diabolo. Sed cũ veritas ſit dei. imo deus eſt
met veritas. ⁊ falſitas ſit ipſi⁹ diaboli. Ideo boni
ſemp veritatẽ defendũt contra malos. ⁊ econtra-
rio mali falſitatẽ ⁊ maliciam ſuã defendũt contra
bonos. Qđ manifeſte apparet in euangelio p̃ſen
ti: vbi diſſenſio facta eſt ꝓpter xp̃m in turba ⁊ in-
ter phariſeos. Freq̄nter em̃ contingit ꝙ in cordi-
bus maloꝝ ex manifeſtatõne virtutis orit̃ diſſen
ſio ⁊ turbatio. Unde in pſona chriſti dicit̃ Hiere.
xv. Ve mihi mr̃ mea: ve vt q̇d me genuiſti viruȝ
rixe. virũ diſcordie i vniuerſa terra. Propterea ſal
uator dicebat Matth. x. Non veni mittere paceȝ
in terram ſed gladium ⁊c. Scd̃m hoc igit̃ in hoc
euãgelio duo tangũtur. Primo maloꝝ in turbis
diſſenſio. qđ diuerſitas probat opinionũ. ibi. Cuȝ
audiſſent quidã de turba ⁊c. Scđo tangitur i ver-
bis phariſeoꝝ diſcordatio. qđ cõmendabilitas ꝓ
bat miniſtroꝝ. ibi. Venerũt ergo miniſtri ⁊c. De
primo dicit. Cum audiſſent q̇dam de turba hos
ſermones de ieſu dicebant. Hic eſt vere prophe-
ta. Hec ẽ prima opinio de chriſto quã boni cõce-
perũt ex verbis chriſti cum in magno feſtiuitatis
die vltimo. ſ. ſcenophegie clamaſſȝ ſtando. Si q̇s
ſitit veniat ad me ⁊ bibat aquam. ſ. ſapiẽtie ⁊ gra-
cie videlicet amoris dei. De tali inq̄ꝫ aqua iam ſi
tim ſuam ſpũaliter ceperũt. extinguere. ⁊ dicunt
eum prophetã verum. De quo Deut. xviij. Pro-
phetam ſuſcitabit vobis domin⁹ de medio fratrũ
ſuoꝝ ſimilẽ tui. Pro quo ſciẽdum. ꝙ ꝓpħa ſc̃m
nominis interp̃tationẽ dicitur quaſi ꝓcul fans. in
quantũ annũciat aliqua quo ad eius cognitionẽ
longinquã ꝓpter obſcuritatẽ ſue cognitõnis. ⁊ h̄
non ptinet ad pfectionem ꝓphetie. ſed magis ad
effectum. Qđ patet Nũeri. xij. vbi Moyſes di-
citur excellentior ꝓpheta. eo ꝙ diuerſa palam et
non p enigmata videbat. q̇ alij cognoſcebãt i ſom
no ⁊ viſione atq̄ꝫ per figuras. Alio modo intelligi
tur illa longinq̇tas reſpectu alioꝝ hominũ cũ q̇-
bus ꝓpheta cõuerſatur q̇bus annũciat occulta.
Et hoc eſt de ratõne ꝓphetie. Ideo Aug⁹. contra
Fauſtũ dicit. ꝙ ex hoc aliquis đr propheta qꝛ an
nũciat ea que ſunt longinqua a cõi cognitõne ho
minũ cuȝ q̇bus ꝯuerſatur. Chriſtus aũt in via an
te paſſionem ſuã quantũ ad parteȝ ſenſitiuã erat
viator. ⁊ cum alijs hominib⁹ cõuerſabat̃. ⁊ ideo li
cet clare videbat diuina ſecreta. erat tamẽ vere ꝓ-
pheta inquantũ cognouerat longinqua a cogni-
tione alioꝝ hominũ q̇bus annũciabat iſta. Ange
li aũt in nullo ſunt viatores. qꝛ eoꝝ cõuerſatio nõ
eſt cum hominibus: vt habet̃ Dañ. ij. Et ideo non
pñt dici ꝓphete ex hoc ꝙ annũciãt hominib⁹ oc-
culta. Eadem rõne chriſt⁹ poſt paſſionẽ ſuam de
ſinit eſſe ꝓpheta. ⁊ ꝓphetia in ipo euacuata fuit.
qꝛ amplius nõ erat in via. Seq̇tur. Alij dicebant.
Hic eſt chriſt⁹. Quidã aũt dicebãt. Nũquid a ga-
lylea chriſt⁹ venit. Nõne ſcriptura dicit. qꝛ ex ſe-
mine dauid ⁊ de bethleem caſtello vbi erat dauid
venit xp̃s. Hic tãgitur duplex opinio de xp̃o. vna
eſt credentiũ ⁊ dicentiũ hic eſt xp̃s. Iſti magis ac
cedebãt ad potũ. ⁊ ſitim infidelitatis magis depo
ſuerũt. Et hoc etiã Petrus ꝯfeſſus eſt Mat. xvj.
Tu es xp̃s filius dei viui. Alia erat opinio infide
liũ ⁊ cõtradicentiũ dicens. Nũquid a galylea ⁊c.
q. d. Nõ. qꝛ videbat̃ eis ꝙ xp̃s eſſet i nazareth ga-
lylee natus. ſicut ibi fuit nutrit⁹. Et iſti nouerant
ꝓphetas xp̃m in galylea venturũ non predixiſſe.
qđ confirmãt auctoritate dicẽtes. Nõne ſcriptura
dicit ⁊c. Nã q̇ de ſemĩe dauid venit xp̃s dicit̃ Hie
re. xxiij. Suſcitabo dauid germẽ iuſtũ ⁊c. Et h̄ eſt
nomẽ qđ vocabũt eũ dñs iuſtus nr̃. Qꝛ aũt de ca-
ſtello bethleẽ oriũd⁹ erat: đr Mich. v. Et tu beth-
leem ephrata puulus es in milib⁹ iuda. ex te em̃
exiet dux ⁊ egrediet̃ q̇ ſit dñator iſrael. Diſſenſio



UVA. BHSC. IyR_034_1

itaqꝫ facta eſt in turba ꝓpter eum. Uñ hec diſſen
ſio vſqꝫ hodie ꝑmanet i eccl'ia ⁊ nõ ꝓpter eum tã
ꝙ ꝓpter xp̃m inq̃ntũ eſt fili⁹ dei. tñ ꝓpter eum. i.
ꝓpter eius veritatẽ ⁊ iuſticiã. Oẽs em̃ credimus
ꝙ xp̃us eſt filius dei. ſꝫ non oẽs credimus veritati
eius dũ ſcripture ſancte i multis modis ꝯtradici-
mus ⁊ iuſticie eius: dum iuſticie dei nõ ſumus ꝑ
oĩa ſubiecti. Quidã aũt ex ipſis voluerũt appꝫhen
dere eũ. ſed nemo miſit in eũ manus. Volẽtes au
tem appꝫhendere eũ fuerũt de illis q̃ dixerũt. Nũ
quid a galylea venit xp̃s. ps. vij. Perſequat̃ ini-
micus aiam meã ⁊ cõprehẽdat. Et Exo. xv. Dixit
inimicus ꝑſequar ⁊ cõprehendã. Et nemo miſit i
eum manus. Quia ipe non ꝑmiſit Joh. x. Nemo
tollit a me aiam meã: ſed ego pono eã a meipſo.
Uñ poſtea qñ pati voluit non tm̃ eos expectauit
ſed ſeipm̃ eis obtulit dicẽs Joh. xviij. Quẽ que-
ritis ego ſum. Cõſeq̃nter pro ſcd̃o p̃ncipali tan
gitur i verbis phariſeoꝝ diſcordatio. qꝺ ꝯmẽdabi
litas ꝓbat miniſtroꝝ. Venerunt ergo miniſtri ad
pontifices ⁊ ad phariſeos. ⁊ dixerũt eis illi. Qua
re nõ adduxiſtis illũ. Ecce hic diſſenſio pontificũ
⁊ phariſeoꝝ ꝯtra miniſtros. in quo appet eorum
iniq̃tas. Adeo em̃ mali erãt ꝙ eis non poterãt mi
niſtri ſatiſfacere niſi xp̃o nocumẽtũ inferrẽt. Pro
uerb. iiij. Rapit̃ ſomn⁹ ab oculis eoꝝ niſi ſupplã-
tauerint Et gloſa hic dicit. O ſeui ⁊ imiſericordes
quare nõ intelligitis potẽtiã eius quẽ appꝫhende
re vultis. vobis p̃ſentib⁹ ſepe locutus eſt. Cũ em̃
euꝫ lapidare velletis illeſus inter ictus vr̃os eua-
ſit ⁊ tẽplũ exiuit. ⁊ teneri a vobis nõ potuit. Qua
re mõ miniſtros arguitis cur eũ non adduxerunt
cũ voſipſi dum cũ eo eſſetis ipo volente nihil age
re poſſetis ſed ſicut illi attoniti ſtupenteſqꝫ rediẽ-
tes. Hec glo. Rñderũt miniſtri. Nunq̃d ſic locu-
tus ẽ homo ſicut ille hõ loq̃tur. Ubi reddũt euꝫ
ꝯmẽdabilẽ ex tribus. Prĩo ex admiratõis cauſa.
qꝛ nõ ꝓpter miracula ſꝫ ꝓpter doctrinã xp̃m mi-
rabãtur. ex q̃ ꝓpinquiores efficiũtur veritati. ⁊ re
cedũt a cõſuetudine iudeoꝝ q̃ ſigna querũt. j. Co
rinth. j. Scd̃o ex ꝯuerſionis facultate. qꝛ de pau-
cis verbis xp̃i capti ſunt ⁊ allecti ad eius amorẽ.
Tertio ex ani ſecuritate. qꝛ ipis phariſeis q̃ chri-
ſto aduerſabãtur talia dicũt de xp̃o. Nunq̃ ſic lo
cutus eſt hõ. Et hoc rõnabiliter. qꝛ non ſolum hõ
erat: ſꝫ etiã dei verbũ. Et ideo v̱ba ſua erãt v̱tuo-
ſa ad mouendũ. Hiere. xxiij. Nunq̃d non verba
mea q̃ſi ignis ⁊ q̃ſi malleus ꝯterẽs petrã. Ideo dr̃
Matth. vij. ꝙ erat docẽs eos ſicut ptãtem habẽs
⁊ nõ ſicut ſcribe ⁊ phariſei. erãt etiã ſapida ad dul-
corãdum. Cãti. ij. Sonat vox tua i auribus meis.
vox em̃ tua dulcis. Ps. Q̃ dulcia faucibus meis
eloquia tua dñe. Erãt etiã vtilia ad retinẽdũ qꝛ ꝓ-
mittebãt bona eterna. Joh. vj. Dñe ad quẽ ibim⁹
verba vite eterne habes. Rñderũt ergo eis phari-
ſei. Nũq̃d ⁊ vos ſeducti eſtis. nunq̃d aliq̃s ex p̃n-
cipibus credidit in eum aut ex phariſeis: ſꝫ turba
hec q̃ nõ nouit legeꝫ maledicti ſũt. Ubi ſciẽdũ
ꝙ primo arguũt miniſtros dicẽtes. nunq̃d ⁊ vos
ſeducti eſtis: q. d. Videm⁹ vos allectos eſſe in ſer
mone illius. Et reuera laudabilit̃ ſeducti erãt. qui
dimiſſo malo infidelitatis ad veritatẽ fidei ſũt ad
ducti. Jere. xx. Seduxiſti me dñe ⁊ ſeductus ſuꝫ.
fortior me fuiſti ⁊ inualuiſti. Unde glo. Seducto
rem xp̃m vocabãt. Et idcirco miſtros ſuos ſedu-
ctos eſſe ab eo dicebãt. Et reuera ⁊ laudabiliter ſe
ducti erant. qꝛ declinãtes a malo inheſerũt bono.
dimiſerũt infidelitatẽ. trãſierũt ad fidem. abnegã
tes diabolũ confeſſi ſunt chriſtũ. Hec glo. Scd̃o
exẽpla p̃ncipum ꝓponũt. vt magnates eos auer-
tãt. Unde dicũt. Nunq̃d aliq̃s ex principibus cre
didit in eum. Ex duob⁹ em̃ aliq̃ ad fidem ⁊ ad bo
nam vitã reducunt̃. ſ. ex auctoritate ⁊ religione.
Uñ auctoritas fuit in principib⁹. religio auteꝫ in
phariſeis. ſed tñ illi chriſtũ nõ receperũt. ergo vi-
detur ꝙ nõ fuit accipiẽdus a nobis. Magis q̃p-
pe ſunt imitãdi a vobis principes ꝓpter auctori-
tatem. ⁊ phariſei ꝓpter religionẽ ꝙ ille ihs. Ter-
tio excludunt turbe teſtimoniuꝫ dicẽtes. Sꝫ tur-
ba hec que nõ nouit legẽ maledicti ſunt. ergo nõ
eſt ſtanduꝫ cum eis. Hoc autẽ ſumptuꝫ ẽ Deut.
xxvij. Maledict⁹ qui nõ ꝑmanet i ſermonibus le
gis huius. Sed hoc male intelligebãt. qꝛ etiaꝫ illi
qui habẽt ſciẽtiã ⁊ cũ hoc opa legis faciũt. magis
ꝑmanent i lege ꝙ qui ſolã legis ſciam habẽt. Ma
thei. xv. Popul⁹ hic labijs me honorat. cor auteꝫ
eoꝝ longe ẽ a me. Jac. j. Eſtote factores verbi ⁊ ñ
auditores tm̃. Et glo. Implebat̃ veriſſime in iſtis
qꝺ dixerat dñs. In iudiciũ ego veni i mũdum: vt
qui nõ vidẽt videãt. ⁊ q̃ vident ceci fiãt. Ceci autẽ
facti ſunt legis doctores. ⁊ videre ceperãt ſimpli-
ces neſciẽtes legem. Et in eũ qui legis auctor erat
credẽtes agnoſcebãt xp̃m q̃ legẽ ignorabãt. ⁊ q̃ ſe
ſcire putabãt contẽnebant. Hec glo. Dicebat Ni-
codemus ad eos. ille q̃ venit ad eum nocte q̃ erat
vn⁹ ex ipis. Nũq̃d iudicat lex nr̃a hoiem niſi au-
dierit ab ipo prius ⁊ cognouerit q̃d faciat. Inci-
pit euãgeliſta ponere diſſenſionẽ inter principes
de chriſto. ⁊ p̃mittit tria. de nycodemo duo. ⁊ vnũ
de principib⁹. Primũ qꝺ ꝑtinet ad fideꝫ eius. ibi
Qui venerat ad euꝫ. i. crediderat. Scd̃m ad fidei
impfectionẽ. ibi. In nocte ꝓpter timorem. ſi em̃ ꝑ
fecte crediſſet nõ timuiſſet. Tertiũ ꝑtinet ad fal
ſitatem principũ. ibi. Qui vnus erat ex ipis Ecce
quia falſum loquebant̃ principes dicẽtes. Nũq̃d
aliq̃s ex principib⁹ credidit i eum. Hiere. xvj. Ve
re mendaciũ poſſederũt patres nr̃i. Exhortat̃ au
tem eos nycodem⁹ dicẽs. Nunq̃d lex ⁊c. Erat au
tẽ fidelis. ⁊ volebat eos auctoritate legis ad chri-
ſtum cõuertere. ⁊ quia timid⁹ erat: hoc occulte fa
ciebat. Credebat em̃ qꝛ ſi tm̃modo xp̃m vellẽt au
dire. ꝙ v̱bũ eius eẽt tãte efficacie ꝙ forte ſil'es fie-
rẽt illis q̃ miſſi fuerãt ad tenẽdũ eũ in eo facto ad
qꝺ miſſi fuerãt: ⁊ crederẽt ſic̃ illi crediderũt. Et
notandũ ꝙ ſm leges debet p̃cedere diligẽs inq̃ſi-
tio ſnie. Act. xxv. Nõ eſt romanis ꝯſuetudo dona
re aliquẽ hoiem p̃us ꝙ is q̃ accuſat̃ p̃ntes habeat
accuſatores. Uñ Job. xxix. Cauſaꝫ quã ignorabã
diligenter inueſtigabã. In Exodo dicitur. Inno-
centem ⁊ iuſtum nõ condẽnabis. Sed ex amore
vel odio. prece vel precio multi faciũt contrariũ.
Rñderũt autẽ ⁊ dixerũt ei. Nunq̃d ⁊ tu galyleus
es. ſcrutate ſcripturas ⁊ vide qꝛ ꝓpheta a galylea
non ſurgit. Unde compꝫhenderunt eum quaſi ſe-

UVA. BHSC. IyR_034_1

69



dnctorem dicentes. Nunquid et tu͂ galyleus es.
id eſt a galyleo ſeductꝰ es. Arbitrant̃ em̃ xp̃m ga‑
lyleu͂ ex ꝯuerſatõe in galylea. Et ideo oẽs q̃ xp̃m
ꝯfitebant̃: q̃ſi in obꝓbꝛiu͂ galyleos vocãt. Unde
Math. xxvj. dixit ancilla petro. Et tu galyleus es
Sic q̃ nu͂c ꝯfitent̃ xp̃m xp̃iani dicunt̃. Et pꝛimo
ceperu͂t xp̃iani appellari apud antiochiã q̃ eſt me
tropolis ſyrie ſcḋm glo. Scḋo ꝯp̃hẽderu͂t eu͂ quaſi
ignaru͂. Un̄ dicunt. Scrutare. q. d. Licet tu ſis do
ctoꝛ, tn̄ hec ignoꝛas. Un̄ Joh. iij. eodẽ mõ ſibi fuit
dictu͂ a xp̃o. Tu es mgr̃ in iſrl̃ ⁊ hec ignoꝛas. Et
ſciendu͂ ꝙ h̄ eoꝝ vbu͂ falſum ẽ ſimpl̃r. qꝛ ſi intelli
gatur de ꝓphetis generalit̃. ſic aliq̃ fueru͂t nati de
galylea. videlicet helyſeus. thobias. ⁊ delboꝛa ꝓ‑
phetiſſa ⁊ foꝛte plures alij. Si au͂t intelligat̃ de ꝓ
pheta ſingularit̃ ꝓmiſſo ad ſalutẽ ppl̃i q̃ ẽ meſſy‑
as. ſic etiã ẽ falſum verbu͂ eoꝝ. qꝛ de ip̃o dr̄ Iſa. xj
ca. ꝙ vocat̃ nazareꝰ. et ꝑ ꝯñs galyleus. Et h̄ ſciuit
Nicodemꝰ. ſ; nõ fuit auſus dicẽ. nec mirꝝ. apl̃i em̃
adhuc illo tp̄e fueru͂t timidi. Et reuerſi ſunt vnuſ‑
quiſq; in domu͂ ſuã. i. in ꝓpꝛia. vacui fide ⁊ frauda
ti a deſiderio ſuo. Job. v. Cõſiliu͂ prauoꝝ diſſipat
Vel i domu͂ ſuã. i. in maliciã ifidelitatis ⁊ ipietat̃
ſue. Apoc. ij. Scio vbi hitas vbi ẽ ſedes ſathane.

Feria ſexta Sermo. lviij.

# Azarus moꝛtuus eſt.

l Joh. xj. Cõmune ẽ ꝓuerbiu͂. Amicꝰ in
neceſſitate ꝓbat̃. Eccl̃i. vj. Si poſſides ami
cum in tẽptatõe poſſide illu͂. Spu͂alit̃. ſic nos ha
bemꝰ amicu͂ ſcꝫ xp̃m. Joh. xv. Amici mei eſtis ſi
feceritis ea q̃ p̃cipio vobis. Iſte amicus ꝓbat̃ tp̄e
neceſſitatis. p̃s. xc. Cu͂ ipſo ſum i tribulatõe ⁊c̃. Jõ
illiꝰ amici debemꝰ hr̄e memoꝛiã. Qḋ facit eccl̃ia in
introitu. Meditatio coꝛdis mei in ꝯſpectu tuo ſꝑ
ꝟſus. Celi enarrãt gloꝛiã dei. ⁊ opa eiꝰ ãnunciãt fir
mamẽtu͂. Hu͂c p̃s. xviij. fecit dauid de grãru͂actio
ne. ꝙ deus dederat filijs iſrl̃ legẽ. Sed ſcḋm Hiero.
Dauid fecit hunc p̃s poſt moꝛtẽ abſalonis ⁊ ſybe
cu͂ in pace venit in hierl̃m. vt hr̄. ij. Reg. xviij. xix.
⁊. xx. c. ⁊ tu͂c ait. Celi enarrãt gloꝛiã dei ⁊c̃. Qḋ ſil̃r
figuratur in ep̃la hodierna. iij. Reg. xvij. vbi dr̄ ꝙ
egrotauit filiꝰ mulieris mr̃isfamilias q̃ cibauit he
lyam ⁊ moꝛtuꝰ ẽ. ⁊ helyas expãdit ſe atq; mẽſus ẽ
tribꝰ vicibꝰ ſuꝑ pueꝝ. ⁊ exclamauit ad dn̄m dicẽs.
Dñe deꝰ reuertat̃ obſecro aia pueri huiꝰ i viſcera
eiꝰ. Et exaudiuit dñs vocẽ helye. et reuerſa eſt aia
pueri intra eu͂ ⁊ reuixit. Et ſil̃r in euãgelio egrota
uit lazarus ⁊ moꝛtuus eſt. Aliud thema. Lazarꝰ
amicꝰ nr̄ doꝛmit. vado vt a ſomno excitẽ eu͂. Joh.
xj. Conſuetudo dinoſcit̃ vt q̃ bona recipit ab aliq̊
etiã debet meditari vt ecõtra bona ſibi impendat
Sic arboꝛi a qua habet̃ vmbꝛa debet̃ humiditas
Spu͂aliter. Et ſic nos bona accepimꝰ a deo. Jaco
bi. j. Omne datu͂ optimu͂ ⁊ omne donu͂ ꝑfectu͂ de
ſurſum eſt deſcendẽs a patre luminu͂. Ideo medi
temur bona ꝓpter eiꝰ paternalẽ dilectionẽ agere.
Qḋ innuit eccleſſia in introitu; dicẽs. Meditatio
coꝛdis mei in cõſpectu tuo ſemꝑ. dñe adiutoꝛ me
us ⁊ redẽptoꝛ meꝰ. p̃s. Celi enarrãt gloꝛiã dei ⁊c̃.
Et ſil̃r in collecta eccleſia petit hoc dicẽs. Deus q̃
ineffabilibꝰ mu͂ndu͂ renouas ſacramentis. pꝛeſta
queſumꝰ: vt eccleſia tua eternis ꝓficiat inſtitutis
⁊ tp̄alibus nõ deſtituat̃ auxilijs. Et figurat̃ i ep̃la.
Mulier materfamilias multa bona exhibuit he
lye. quoꝝ bonoꝝ ipſe non oblitus ei bonum im‑
pendit: reſuſcitans filium eius. Similit̃ in euan‑
gelio martha ⁊ maria feceru͂t multa bona hieſu i
bethania. Huius beneficij nõ immemoꝛ viſitauit
eos in tribulatõe. De q̃ thema. Lazarꝰ amicus nr̄
doꝛmit. ſ; vado vt a ſomno excitẽ illu͂. In ſum
ma euãgelij tria innuunt̃. Pꝛio infirmitatis laza‑
ri nu͂ciatio. ibi. Ecce quẽ amas ifirmat̃. Scḋo xp̃i
cõpaſſio. ibi. vt vidit ieſus eã ploꝛãtẽ ifremuit ſpu͂
Tercio lazari reſuſcitatio: ibi. Lazare veni foꝛas.
De p̃mo dr̄. In illo tp̄e ſcꝫ cu͂ xp̃s ait. Ego ⁊ pater
vnu͂ ſumꝰ. ⁊ iudei volueru͂t eu͂ lapidare: abijt trãs
ioꝛdanẽ a bethania ꝑ vnã dietã ⁊ mãſit ibi. Inte‑
rim au͂t lazarꝰ infirmabat̃. Ergo dr̄. Erat q̃dã lan‑
guẽs noĩe lazarꝰ. Augꝰ. de vbis dñi. huic lãguoꝛi
nõ amici. nõ ꝯſilia. nõ fomẽta. ñ artis ꝑitia ſuccur
ru͂t. oia em̃ q̃ ꝓ ſalute data fueru͂t i ꝯtrariu͂ vtunt̃.
ğ iſte lãguoꝛ nõ remedio ſ; ſola moꝛte erat finiẽdꝰ
Et dr̄ notant̃ q̃dã ꝑticularit̃. Quia fuit famoſus ⁊
nobil̃. ğ deſcribit eu͂ ex noĩe ⁊ loco: cu͂ ſb̄dit. A be‑
thania diſtãte. xv. ſtadia a hierl̃m de caſtello ma‑
rie ⁊ marthe ſoꝛoꝝ eiꝰ: vbi xp̃s multotiẽs hoſpita
bat̃. Maria au͂t erat q̃ vnxit dñm vngẽto: ⁊ exter‑
ſit pedes eiꝰ capillis ſuis. Ecce ponit ſignu͂ amo‑
ris. qꝛ i dẽ factu͂ bis fecit. Pꝛimu͂ ex ꝯtritõe. Luc.
vij. ſcḋm ex deuotõe. Joh. xij. Cuiꝰ frat̃ lazarꝰ ifir‑
mabat̃. Miſeru͂t ğ ſoꝛoꝛes eiꝰ ad eu͂ dicẽtes. Dñe
ecce quẽ amas ifirmat̃. q. d. Si amaſti eu͂ in ꝓſpe‑
ritate dilige eu͂ i tribulatõe. Si i vita tu͂c ⁊ i moꝛte
ecce ꝙ amatoꝛes dei patiunt̃ q̃nq;. qḋ innuit h̄ cu͂
dr̄. qꝛ quẽ amas ifirmat̃ ⁊c̃. Prouer. iij. Quẽ dili‑
git deꝰ coꝛripit. Nota ifirmitas coꝛpalis p̃mo
eſt rep̃hẽſiua malicie. Eccl̃i. xxxj. Infirmitas gra
uis ſobꝛiã facit animã. Exẽplu͂ de q̃dã milite q̃
inſidiabat̃ cuidã religioſo valde. poſt h̄ infirmatꝰ
miles vocari fecit hu͂c religioſum. q̃ viſitauit eum
Cui miles dixit. Dñe oꝛate ꝓ me. Qui rñdit. In
q̊ ſtatu eſtis melioꝛ ⁊ deuotioꝛ ⁊ cognoſcitis deu͂.
Rñdit. In ifirmitate. Cui ille. Cõſeruet vos i iſto
ſtatu deꝰ in q̊ ei meliꝰ valetis ſuire. Exẽplu͂ de pe‑
tronella filia petri q̃ ifirmata ẽ. ⁊ du͂ petrꝰ rogaret̃
ꝓ illiꝰ ſanitate: rñdit. Ei ita expedit. Hugo de ſctõ
victo. Deꝰ multos flagellat ne peccẽt. vtiliꝰ em̃ eſt
frãgi doloꝛibꝰ ad ſalutẽ q̃ꝫ vti incolumitate ad dã
nationẽ. Scḋo ifirmitas ẽ excitatiua boni. p̃s. xv.
Multiplicate ſunt ifirmitates coꝝ. poſtea accele‑
rauerũt. Et ſic i btõ hiero. cui nõ ſapiebat diuia ſcꝑ
tura. Poſt flagellationẽ au͂t diligent̃ legit eã. Ter
cio ẽ ꝯſeruatiua. ij. Coꝝ. xij. Libent̃ gl̃iaboꝛ in ifir
mitatibꝰ meis vt i me ihabitet vtus xp̃i. Quarto
eſt gl̃ificatiua dei vt h̄. Sꝫ di. q̃re nõ iueru͂t ꝑſo‑
nalit̃. Rñdet Chryſ. Pꝛio qꝛ vehement̃ ꝯfidebãt
de xp̃o. iõ ſperabãt ꝙ ꝑ nu͂ciu͂ nõ recuſaret. Scḋo
qꝛ a luctu detinebant̃. ⁊ circa ſeruitiu͂ ifirmi occu
pabant̃. Aug̃. de vbis dñi. Iſte due ſoꝛoꝛes iuue‑
nes egrotãtis lectulo inherebãt. iugit̃ fouebant.
eloquijs cõſolantur. patienter inquiunt ſuſtine. ⁊
noli deſperatione cõtinere. qꝛ veniet xp̃us ⁊ ſana‑



UVA. BHSC. IyR_034_1

beris. Tercio ſm Theophilū. quia erāt mulieres q̄bus nō erat licitū exire domū ⁊ currere per vias Querit Augꝰ. q̄re nō dixerūt. veni ⁊ ſana eū: vt regulus Joh. iiij. vel dic ꝟbo vt centurio Mat. viij. Rn̄det Augꝰ. quia inſinuatio neceſſitatis ſufficit amanti abſq̄ alicuiꝰ petitionis additamēto ſpāli. Vel ideo. q꞉ cōmiſerūt voluntati xp̄i. quia neſciebant q̄d magis ſaluti fratris expediret: an ſcʒ ſanitas vel īfirmitas. Rn̄dit ieſus. Hec infirmitas nō eſt ad mortē. ſcʒ finaliter. Nota aliq̄ infirmitas eſt ad mortē corporis tm̄. et eſt ſanctoꝝ. Alia ē ad mortē aīe tm̄. ⁊ eſt pctōꝝ. Tercia corporis ⁊ aīe. et eſt damnatoꝝ. ⁊ ſic nullo modo infirmitas lazari fuit ad mortē. nō corporis. q꞉ nō eſt detentus ſed ſuſcitatus. nec aīe: quia fuit in gr̄a. nec in his ſimꝉ quia nō fuit ī inferno: ꝫ in lymbū deſcendit. Sed ꝓ gloria dei vt filiꝰ dei glorificeꝉ ꝑ illā. ſcʒ vt ppl's videns miraculū cōuertaꝉ ad fidem. Tūc ſubdit. Diligebat aūt ieſus marthā ⁊ mariā ſororē eius ⁊ lazarū. quia ſibi multa bona opati ſunt. Myſtice. ad deſignādū ꝙ triplices hoīes diligit deus. ſcʒ actiuos q̄ ſunt intellecti ꝑ marthā. contēplatiuos ꝑ mariā. ⁊ penitentes ꝑ lazarū. Iſte ſunt tres vie eundi ad celū. Prima eſt ire ꝑ vitā contēplatiuā. iſta vita ſignificaꝉ ꝑ mariā. que ad xp̄i pedes. Luce. x. ſedebat. ⁊ eiꝰ viſione ⁊ locutōe paſcebatur. Et iſta vita ē diuturnior q̄ꝫ actiua. q꞉ illa finiꝉ. iſta nō auferꝉ. Jdō d꞉ Lu. x. Maria optimā partē elegit q̄ nō auferet ab ea. Actiua vita tm̄ ē in p̄nti nō in futuro. Ibi em̄ nō ē neceſſe ꝙ aliq̄s aliquē induat q꞉ ibi veſte imortalitatis oēs ſunt induti. nec aliquē potet vel paſcat. q꞉ oēs ſunt ſatietate pleni. Nec ꝙ hoſpitio recipiat quia oēs ſunt in ꝓpria patria. nec ꝙ aliquē infirmū viſitet. q꞉ nullus ibi infirmaꝉ. nec ꝙ aliquē ad ſepulcrū portet vel ſepeliat. q꞉ nullus ibi moriꝉ. Nota ꝙ iſte due ſorores erāt ex eadē ſtirpe. Ita etiā vtraq̄ꝫ vita ꝓcedit ex eadē radice. ſcʒ charitate dei ⁊ ꝓximi. Sʒ martha erat antiquior. ſic actiua ꝑor ē q̄ꝫ ꝯtēplatiua. quia ex bono ope tendiꝉ ad ꝯtēplationē. Sʒ licet eſſēt ſorores. tn̄ vna cōtra aliā murmurabat. Vn̄ martha ꝯqueſta ē Luc̄. x. dicēs. Soror mea relinquit me ſolā miſtrare. Sic actiua vita īpedit ꝯtēplationem. Nota vita ꝯtēplatiua bn̄ ſignificaꝉ ꝑ mariam. Primo q꞉ maria interp̄taꝉ dn̄a. ⁊ ſic actiua ſeruit ꝯtāplatiue tanq̄ꝫ ancilla dn̄e. Vn̄ Greḡ. ſuꝑ Ezech. Actiua vita ſeruituſ. ꝯtēplatiua libertas vocatur. q꞉ nō occupaꝉ tp̄alibꝰ. Jdeo maria ſedebat Luc̄. x. Scd̄a via q̄ itur ad celū ē actiua vita. ⁊ iſta ſignificaꝉ ꝑ marthā q̄ paupes ⁊ ꝑegrinos recipiebat. ⁊ iſta vita eſt vtilior ⁊ fructuoſior q̄ꝫ p̄ma. Eſt em̄ vtilior ꝓximo. q꞉ inde ſuſtentaꝉ. Eſt vtilior facienti. q꞉ inde remuneraꝉ. Bona em̄ tp̄alia nō ſunt noſtra ꝓpria: ꝫ ſunt conceſſa nobis. Non ſunt mā ſura ꝫ ſunt trāſitoria. Non ſunt precioſa ſed vilia. Jtē actiua ꝑ marthā ſignificaꝉ ⁊ bn̄. Primo martha fuit larga. Lu. x. Satagebat. i. ſatis agebat. Et ſic actiua vno mō ſm facultatē ſubuenientis. Thobie. iiij. Quō potueris ita eſto miſericors. Si nō in cibis: tūc impartire in ſeruitijs. Si fuerit copia tūc abūdāter tribue. Augꝰ. In affectu cordis penſanda ē elemoſyna facientis. Scd̄o martha fuit frequens in miſterio. et ſic opus pietatis debet fieri aſſidue. Primo ideo q꞉ liberat a culpa. Eccli. iij. Sicut aqua extinguit ignē. ſic elemoſyna reſiſtit pctīs. Scd̄o redimit a pena. Thob. xij. Elemoſyna ab oī pctō ⁊ a morte liberat. ⁊ nō patieꝉ animā ire ad tenebras. Amb. Pietatē frequēter faciens q̄ꝫuis lubricū carnis patiaꝉ: vapulabit quidē: ſed nō peribit. i. diſponit hominē ad grām. ⁊ nō ſinit facile ꝑire. Tercio vitā dat. j. Thimo. iiij. Pietas ad oīa valet ꝓmiſſionē habens vite q̄ nunc eſt et future. Item elemoſyna facit vt accōmodata ſint ꝓpria. q꞉ illa q̄ pauperibꝰ damus ꝓpria habemus Petrus rauen̄. Da pauperi vt det tibi. q꞉ quicq̄d pauperi dederis tu habebis. qd̄ pauperi nō dederis alter habebit. Jtē Si h̄ manſurꝰ es q̄ tua ſunt hic repone. ſi aūt illuc iturus es. hec que tua ſunt cur hic relinq̄s: Qui relinquēda ſeruat alioꝝ cuſtos eſt nō ſuoꝝ. Facit etiā elemoſyna vt ea q̄ ſunt trāſitoria fiant ꝑpetua ⁊ ſecura. Amb. In tuo poniꝉ qd̄ deo cuſtode ſeruaꝉ. Petrꝰ Rauen̄. Quicq̄d pauꝑ accipit pr̄ celeſtis ſuſcipit ⁊ in celo recondit. Dicit Augꝰ. ꝙ quaſi quendā cōtractum hic facis cū deo tuo hic das: ibi recipis. hic das res perituras. ibi recipis res ſine fine māſuras. Facit etiam elemoſyna vt vilia ſint p̄cioſa. quia terrā mutant in celū. Auḡ. Da numū vt accipias regnū. da partem vt accipias totū. Et ſubdit. Deus vnū accipit ⁊ dat centū. ⁊ tn̄ nolunt cū deo hoīes h̄re ꝯtractū. Quantū aūt deus vitā actiuā diligat: oſtendit ꝑ hoc ꝙ nō de Rachel ꝑ quā ſignificaꝉ vita contemplatiua. ſed de Lya: ꝑ quā ſignificatur vita actiua naſci voluit. Tercia via eundi ad celū eſt ꝑ penitentiā. Si em̄ aliq̄s ꝑ mortale peccatū a vita cōtēplatiua vel actiua receſſiſſet: vnū ſibi reſtat. ſ. ꝙ recurrat ad pn̄ie remediū vel ſuffragiū. Et tunc q̄ erat mortuꝰ ꝑ culpā: reſurget ꝑ pn̄iam. Iſti ſignificanꝉ ꝑ lazaꝝ q̄ fuit mortuꝰ: ⁊ poſtea reſuſcitatus. Diligebat igiꝉ dn̄s marthā mariā ⁊ lazarū. Quia xp̄s diligit frequenꝉ ꝯtēplantes. vtiliꝉ opantes: et a pctō reſurgētes. Jdō q̄ nō ſunt in numero iſtoꝝ triū: a deo nō diliguntꝉ ꝫ odiunꝉ. Iſti ſunt illi tres viri de q̄bꝰ d꞉ Ezech. xiiij. Iſti tres viri Noe Daniel et Job ī ſua iuſticia liberabūt aīas ſuas. Per noe q̄ archā fabricauit ⁊ ī fluctibꝰ rexit: ſignificantur actiui q̄ ſepe multis fluctuatōnibꝰ exponunꝉ. Per danielē q̄ celeſtes viſiones aſpexit: intelligūꝉ ꝯtēplatiui. Per iob q̄ interp̄taꝉ dolēs. intelligunꝉ penitētes q̄ de pctīs ſuis dolere debēt. Subdiꝉ ꝯrationis declaratio. Ut ḡ audiuit q꞉ infirmabaꝉ. tūc q̄dē duobꝰ diebꝰ māſit ī eodē loco. in t̄cio die iuit in iudeā. in q̄rta die qn̄ iā q̄driduanꝰ fuit ſuſcitauit lazaꝝ. In q̄ ptʒ ꝙ eo die mortuꝰ fuit qn̄ xp̄s recepit nūciū ſoroꝝ. Dedit aūt locū mortuo ꝑ tot dies. Prīo ideo. q꞉ ex p̄ntia eiꝰ mors lazari fuiſſet īpedita. q꞉ vbi vita p̄ns ē. ibi mors h̄re locū nō p̄t. Scd̄o vt miraculū credibiliꝰ redderet. ⁊ nullꝰ poſſet dicē ꝙ mors illa fuiſſet tm̄ ſm apparētiā. ꝙ ſcʒ ꝑ ſenſuū illuſionē facta eſſʒ a xp̄o ⁊ ꝑ artē magicā Deinde poſt h̄ d꞉ diſcipulꝭ ſuis. Eamꝰ in iudeā iterum. Dicunt ei diſcipuli. Rabbi nunc q̄rebant te iudei lapidare ⁊ iterū vadis illuc. Nuꝑ volebant eū lapidare iudei. ideo p̄ter ꝯſuetudinē p̄dicit eis

UVA. BHSC. IyR_034_1

Eamus in iudeā. Quia ſciebat eos ante terreri vt
minꝰiacula feriant ꝗ̄ ꝓuidenꝉ. vt Grego. dicit. Re
ſpondit ieſus. Nōne duodecim hore ſunt diei. Si
ꝗs ambulauerit in die nō offendit. quia lucē huiꝰ
mundi videt. Si aūt ambulauerit in nocte offen-
dit. qꝛ lux nō eſt in eo. Qđ duobꝰ modis exponiꝉ.
Primo ſm Chryſ. q. d. Vos dubitatis aſcendē in
iudeā. qꝛ nuꝑ voluerūt me lapidare. ꝫ dies habet
duodecim horas ⁊ qđ ꝯtingit vna nō ꝯtingit alte-
ra. Vn̄ ſi voluiſſent me lapidare in vna hora: hoc
forte iā nolunt. qꝛ mutato tp̄e pōt ⁊ voluntas mu
tari. Erat em̄ ꝓuerbium apud iudeos. ⁊ eſt adhuc
apud nos. ꝙ loquēdo de mutatione ꝓpoſiti diciꝉ.
duodecim ſunt hore diei. Et idō ſaluator vſus eſt
tali mō loquendi. Et oñdit vleerius ꝙ ſecuri de-
bent eſſe dicēs. Si ꝗs ambulauerit in die. i. bone-
ſte ⁊ abſq; ꝯſcientia alicuiꝰ mali. Roma. xiij. Sic
vt in die honeſte ambulemꝰ. nō offendit. i. non in
uenit qđ ei noceat. Et hoc ideo. qꝛ lucē huiꝰ mun
di videt. ⁊ lux iuſticie in eo eſt. p̄s. xcvj. Lux orta ē
iuſto et rectis corde leticia. q. di. dn̄s. Nos ſecure
poſſumꝰ ire cū in die ambulemꝰ. Si aūt ambula
remus in nocte iniquitatū de facili multa ꝑicula
nobis euenirent. De qua nocte. j. Theſſal. v. Qui
dormiūt nocte dormiūt. Et talis offendit. i. impin
git. qꝛ lux ſcꝫ iuſticie nō eſt i eo. Alio mō exponit
Grego. in illo loco. Si ꝗs ambulat in die ⁊c̄. dicēs
ꝙ dies eſt p̄ntia xp̄i in mūdo. Nox v̄o eſt tp̄s poſt
paſſionē eius. vt ſit ſenſus. Non ē timendū de iu-
deis. quia q̄diu ego ſum in mūdo vobis nō imi-
net ꝑiculū. Vn̄ qn̄ iudei eū capere voluerūt Joh.
xviij. dixit turbis. Si ergo me queritis ſinite illos
abire. Sed in nocte. i. in tp̄e poſt paſſionē. tunc ti
mendū ē vobis ire in iudeā. qꝛ patiemini a iudeis
ꝑſecutionē. Zach. xiij. Percutiā paſtorē ⁊ diſper
genꝉ oues gregis. Alio mō exponit Augꝰ. Dies ē
ipſe xp̄s. hore duodecim ap̄li. Joh. ix. Nōne duo
decim vos elegi. ꝫ timendū eſt qđ ſequiꝉ. Et vnus
ex vobis dyabolus eſt. Judas ergo nō erat hora
huiꝰ diei qꝛ non lucebat. Sed dicendū ꝙ dn̄s hoc
mō dixit nō habito reſpectu ad iudā: ꝫ ad ſucceſ-
ſorē ſuū. ſcꝫ mathiā. Eſt ergo ſenſus. Nonne duo
decim hore. q. d. vos eſtis hore: ego ſum dies. Si-
cut ergo hore conſequunꝉ diē. ita vos debetis me
ſequi. Si ego volo ire in iudeā: vos nō debetꝭ me
p̄ire. nec voluntatē meā mutare. ꝫ debetis me ſeꝗ
Simile dicit Petro Mathei. xvj. Vade poſt me
ſathana. i. me ſeq̄ris: nec p̄cedas meā voluntatem
Nec debetis timē ꝑiculū. quia vos itis mecū qui
ſum dies. Unde ſicut ꝗ in die vadit nō impingit. i.
nō offendit. ita nec vos ꝗ mecū itis. ad Rom. viij.
Si deꝰ ꝓ nobis ꝗs ꝯtra nos. Et h̄ idō. qꝛ lucē hu-
ius mūdi. i. me videt. Si aūt ambulauerit i nocte
. i. in tenebris ignorātie ⁊ pc̄ti. tūc offendit. Et hoc
idō. quia lucē huiꝰ mūdi nō videt. Lux ſcꝫ ſp̄ualis
nō eſt in eo. nō q̄dē ex defectu lucis: ſed ex eoꝝ re-
bellione. Job. xxiiij. Ipſi fuerūt rebelles lumini

Nota multiplex ē dies. Primꝰ naturalꝭ. ⁊ h̄ ha-
bet. xxiiij. horas. Gen̄. j. Factū eſt veſpe ⁊ mane di
es vnꝰ. Iſto mō d̄r. Memento vt diē ſabbati ſan-
ctifices. Exo. xx. Scđs dies ē artificialꝭ. ꝗ cauſatur
ex aſcēſione ſolis ſuꝑ nr̄m emiſperiū. Et ille qn̄q;
habet plures horas: qn̄q; pauciores. ſm ꝙ ſol vno
tp̄e plus apud terrā manet q̄ȝ alio. Naꝫ in noſtro
climate breuiſſimꝰ dies eſt octo horaꝝ. ꝫ longiſſi-
mus ſedecim. Et diuidiꝉ cōtra noctē. Terciꝰ dies
eſt eternitatis. de quo Michee. v. Egreſſus eiꝰ ab
initio a diebꝰ eternitatis. qꝛ iſte dies lucet ſine di-
minutione ſui ⁊ ſine corruptiōe. quia ibi eſt eterni
tas ſine variatione. p̄s. cj. Tu aūt idē ipſe es ⁊ an
ni tui nō deficient. Quartꝰ eſt dies ſuꝑne iocūdi-
tatis. p̄s. lxxxiij. Melior eſt dies vna in atrijs tuis
ſuꝑ milia. Iſti diei nō ſuccedit nox. Apocalꝭ. xxij.
Et nox vltra nō erit. ⁊ nō egebit lumine lucerne.
Quintꝰ eſt dies gr̄e ſalubritatis. De quo Joh. ix.
Me oportet oꝑari oꝑa eius ꝗ miſit me donec di-
es eſt. Et ille dies diuidiꝉ contra noctē culpe ⁊ ge
henne qn̄ nemo pōt oꝑari. Subdit. Poſt hoc di-
xit illis. Lazarus amicꝰ noſter. ꝓpter multa bene-
ficia ⁊ obſequia. ſcꝫ ꝗ nobis exhibuit: dormit. ꝫ va
do vt a ſomno excitem illū. Nota mortē lazari
vocat hic ſomnū. Primo ꝓpter ſpem reſurrectio-
nis. j. Theſſalꝭ. iiij. Nolo vos ignorare de dormien
tibus neq; ꝯtriſtemi ſicut ceteri ꝗ ſpem nō habēt.
Scđo ꝓpꝉ facilitatē reſurrectōis. Vn̄ Augꝰ. Tan-
ta facilitate excitabat eū de ſepulcro quanta aliꝗs
excitat aliquē de lecto. Nec mirū. quia ip̄e eſt qui
ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat. Joh. v. Veniet hora
ꝙ hi ꝗ in monumētis ſunt audiēt vocē filij dei ⁊c̄.
Tercio ꝓpter meliorationis mutabilitatē. j. Coꝝ.
xv. Surgent mortui incorrupti. Tunc dixerūt di-
ſcipuli eius. Dn̄e ſi dormit ſaluus erit. qꝛ ſomnus
egrotoꝝ ſignū ē ſanitatis. Dixerat ieſus de morte
eiꝰ. illi aūt ꝓutauerūt qꝛ de dormitōe ſomni dicēt
Et idō putauerūt inutile eſſe vt iret illuc ad exci-
tandū illū. Et nō mirū. qꝛ aīales fuerūt. j. Coꝛ. ij
Aīalis hō nō ꝑcipit ea ꝗ ſpūs dei ſunt. Nota li
cet dn̄s ſubito poſſet diſcipulos facē ꝑfectos in fi
de ⁊ in oī ſcia. tn̄ ꝓpter nos inſtruēdos voluit eos
paulatim ꝑficē. vt nō miremur ſi ⁊ nos paulatim
in virtutibꝰ ꝑficimꝰ ⁊ in religione ⁊ in ſctitate. Et
hoc facit ꝓpter tria. Primo ꝓpter hoc vt nullꝰ glo
rietur de ſuis meritꝭ: aut de ſua bonitate vel inge-
nio: quouſq; ꝑuenerit ad ſummū. et hoc nō eſt de
lege cōmuni. Scđo vt hō cognoſcēs infirmitateꝫ
ſuā non ceſſet corde. ore ⁊ oꝑe petere a deo vt ip̄m
ad ꝑfectā ſanctitateꝫ ꝑducat. Tercio vt hō intelli-
gens ſe dei adiutorio indigere quotidie de virtute
in virtutē: de bono in melius ꝑficiat ſemꝑ bene
oꝑando. q̄diu em̄ viuit: ſemꝑ pōt gr̄a dei augeri i
eo: meritūq; ipſiꝰ multiplicari ⁊ melior fieri. Tūc
dixit eis ieſus manifeſte. Lazarus mortuus eſt. et
gaudeo ꝓpter vos vt credatis. quia ibi nō eram. ꝫ
eamꝰ ad eū. q. d. Nos audiuimꝰ infirmitatē lazari
ſed ego abſens annūcio eius mortē. ⁊ gaudeo ꝓpꝉ
vos. id eſt ꝓpter veſtrā vtilitatē. vt ex hoc ſumatis
exꝑimentū diuinitatis mee. quia inquātū abſens
iam video. Hebre. iiij. Omnia nuda et apta ſunt
oculis eius. Nec mirꝝ. quia ipſe eſt omnibꝰ p̄ſens
Hiere. xxiij. Celum ⁊ terram ego impleo. Et dicit
notanter credatis. nō vt modo inciperēt: ꝫ vt am
plius robuſtiuſq; crederēt. ad inſtar illius Marci
ix. Credo dn̄e adiuua incredulitatē meā. ſemꝑ em̄
fides eorum miraculis augebatur. Ex eo vero ꝙ

UVA. BHSC. IyR_034_1

gaudet ex morte lazari. datur intelligi ꝙ aliquan
do malū ſit ratio gaudij inq̄tū ordinat̄ ad bonū.
Roma.viij. Diligentibꝰ deū oīa cooperant̄ in bo
num. Ex eo autē ꝙ dicit: eamus. dat̄ intelligi dei
clementia que hoīes in peccatis exiſtentes quaſi
ſurſū ꝑueniēdo attrahit. ſ̄m illud Hiere.xxxj. In
charitate ꝑpetua dilexi te. ⁊ idō attraxi te miſerās.
Dixit ergo thomas q̄ dicit̄ didimus ad condiſci-
pulos. Eamus ⁊ nos vt moriamur cū illo. Scd̄m
Chryſ. Thomas erat magis timidus q̄ alij. ideo
ait. Eamus. quaſi dicēt. Exponemur ꝑiculo. quia
ipſe nō timet mortē. potius nāq̄ vult ire. ſe ⁊ nos
morti tradere. Alio modo ſ̄m Augꝰ. hoc dicebat
ex magna dilectione. q.d. Melius eſt nobis cum
illo mori q̄ ſine illo viuere. Vñ glo. Amabāt nāq̄
incōparabilit̄ apl̄i dñm. eorūq̄ vita ex illius p̄ſen
tia pendebat adeo vt cū eo viuere aut cū eo certe
mori iocundū haberēt. Eamus inq̄t ⁊ moriamur
cū illo. quia videmus eū ad inimicos ⁊ ad mortē
ꝓperare. Nec em̄ a tali conſilio valemꝰ eū reuoca
re. Eamus ⁊ nos ⁊c̄. ne poſt eius necē deſerti ⁊ in-
conſolati ibi maneamꝰ. Hec gloſa. Nondū em̄ in
tellexit Thomas ꝙ poſt mortē. reſurrectionem ⁊
aſcenſionē ſuā eſſet aliū cōſolatorē miſſurus. Jo
hānis.xv. Si nō abiero paclitus nō veniet ad vos
Venit itaq̄ ieſus ⁊ inuenit eū q̄tuor dies iā i mo
numento habentē. Ubi ſciendū ꝙ ante reſuſci
tationē a mortuis ipſiꝰ lazari ꝓñt multa conſide-
rari. ſcꝫ quoꝝ vnū eſt tp̄s mortis. qđ tangit̄ cū dr̄.
expectant tp̄s retributionis: in q̄ recipiēt corpa et
ꝑficient̄ gl'ia.j.Pet.v. Humiliamini ſub potenti
manu dei vt exaltet vos in tp̄e viſitationis. Tunc
ſubdit̄ ratio diuerſitatis p̄dictoꝝ tempoꝝ cū dicit
Nō pōt mūdus odiſſe vos: me aūt odit.q: ego te
ſtimoniū ꝑhibeo de illo q: opa illius mala ſunt.q̄
ſi diceret. Vos q̄ mundanā gl'iam queritis hoīes
mūdanos aduerſarios nō habetis. Me aūt odit:
quia q̄ro gl'iam dei arguēdo pctā mundanoꝝ que
ſunt eis cōtraria. ⁊ ꝑhibeo teſtimoniū de opibus
eoꝝ q: mala ſunt. licet ſciā ex hoc odiū ꝓuenire ⁊
mihi mortē incūbere. Amos.v. Odio habuerunt
corripientē in porta.⁊ loquentē ꝑfecte abomina-
ti ſunt. Sed di.nunqd nō mundani aliqui odio
habent̄ a mūdo. Rñdet̄. verū eſt in particulari in-
quātū vnus ea habet q̄ alter vellet habere.vel vbi
vnus impedit aliū in his que ſunt de gl'ia mundi.
ſed inquantū mūdanus nullus odit̄ a mūdo. Sā
cti ħo vniuerſaliter odiunt̄ a mūdo.q: cōtrariant̄
ei. Et ſi aliquis de mūdo eum diligat.hoc non eſt
inquantū eſt de mūdo. ſed inquantū eſt in eo ali-
quid ſpūale. Tunc recuſat dñs aſcendere dicens.
Vos aſcendite ad diem feſtū hunc. Ego aūt non
aſcendā.q: tēpus meū nondū impletū eſt. Sicut
eñ ſunt due glorie: ita diuerſa feſta. Mūdani eñ
habent feſta tpalia.ſcʒ gaudere.epulari in delicijs
exterioribus. Jſa.xxij. Vocabit dñs exercituū in
die illa ad fletum ⁊ ad planctum. ad caluitiū ⁊ ad
cingulū ſacci. Et ecce gaudiū ⁊ leticia occidere vi-
tulos ⁊ iugulare arietes. comedere carnes ⁊ bibe
re vinum. Comedam⁹ ⁊ bibamus: cras eñ morie
mur. Et reuelata eſt in aurib⁹ meis vox dñi exer-
cituū. Si dimittet̄ vobis iniq̄tas hec donec mori
amini dicit dñs exercituū. Jſa.j. Solennitates ve
ſtras odiuit anima mea. Sancti ħo habēt feſta ſpi
ritualia que in delectationibus conſiſtūt ſpiritua-
libus. Jſa.xxxiij. Reſpice ſyon ciuitatem ſolenni
tatis noſtre. Et ideo dicit vos.ſ.qui gloriā mundi
queritis.aſcendite ad diē feſtum.ſ.leticie tempo-
ralis.vbi laus hūana ⁊ voluptas querit̄. vbi car-
nalia gaudia extendunt̄. Ego aūt non aſcendam.
quia talibus non delector.ſed ad diem feſtum ſo-
lennitatis eterne. Et hoc ideo.q: meū tempus.ſcʒ
glorie mee quod erit permanēs in eternum.⁊ vbi
erit gaudium ſine merore. ⁊ eternitas ſine labore.
nondū impletum eſt. Dixi ſecundo tangit̄ glo-
rie mundane conculcatio. qđ ꝓbāt ꝯſilia occulta
permanendi dicens. Hec cuʒ dixiſſet ipſe manſit
in galilea. Vt aūt aſcenderūt fratres ei⁹. tūc ⁊ ipſe

UVA. BHSC. IyR_034_1

aſcēdit ad diē feſtū non manifeſte:ꝫ q̄ſi in occulto
nō|cauſa timoris. Vñ dñs vt oſtenderet ſe munda
nā gl'iaꝫ nō q̄rere nō aſcēdit cū fratrib⁹ ſuis q̄ aſcē
derūt ad p̄mā diē feſtiuitatis illius. vt verificaret
illud qđ dixerat. Ego nō aſcendā. Poſtea tñ quar
ta die illuc venit. Sicut eñ noluit eſſe in p̄ncipio
feſtiuitatis ne fratrib⁹ ſuis malū ꝑſuadētibus vi-
dereꝶ fauere. Sic nō debuit ſe oīno ſubtrahere ne
ppl'o doctrinā ſalutis ſubtraheret quā venit doce
re. Quaſi ſm Chriſ. diceret. Nō aſcendā paſſur⁹
ꝛ moriturus:ſed doctur⁹ ppl'm. Vel vt dicit aug.
Iſti volebāt ꝙ xp̄s aſcēderet in iudeam q̄ſiturus
gl'iaꝫ tp̱alem. ꝛ ſic dixit eis. Nō aſcendā ſicut vos
vultis. ſed aſcendā docturus turbas. Et ad hoc ve
nit nō manifeſte. i. cū magna multitudine ꝛ comi
tatu:ne daret iudeis occaſionē maioris inuidie. ꝫ
q̄ſi in occulto. Huius triplex eſt ratio. Vna ſm
Chriſ. ne ſuā diuinitatē denudās incarnatio eius
eſſet nimis certa. Iſa. xlv. Vere tu es deus abſcō-
ditus. ꝛ vt oſtendaꝶ multis hoibus in exemplum
q̄ñ nō p̄nt ꝑſecutores ſuos publice detinere. Alia
eſt ſm Aug. vt dareꝶ intelligi ꝙ xp̄s occultat⁹ eſt
in figuris veteris teſtamēti q̄ mō eſt manifeſt⁹ no
bis. Iſa. viij. Expectabo dñm q̄ abſcōdit faciē ſuā.
id eſt manifeſtā noticiā a domo iacob. vñ ꝛ vſq; in
hodiernū diē iudei velamē habēt poſitū ſup̱ faciē
ſuā. ſicut moyſes ponebat velamē ſup̱ faciē ſuam
vt nō intenderēt filij iſrael in faciē eius vt dicit. ij.
Chor. iij. Et iō omia q̄ dicta ſunt antiq̄ ppl'o iſrael
vmbrā habebāt futuroꝝ bonoꝝ. vt dr̄ Heb. x. Vt
ergo aſcenderet eo ꝙ etiā ip̄m feſtū eſſet figura. iō
aſcēdit in occulto. Scenophegia eñ erat celebra-
tio tabernaculoꝝ. Iſte ergo hoc feſtū celebrat q̄ ſe
in mūdo iſto intelligit peregrinū. Tertia ratio eſt
vt doceat nos bona nr̄a occultare debere. Matt.
vj. Attendite ne iuſticiā vr̄am ꝛc̄. vt videamini ab
eis. alioquin mercedē nō habebitis ꝛc̄. Iudei ğ q̄-
rebāt eū in die feſto ꝛ dicebāt. Vbi eſt ille. ꝛ mur-
mur multus erat de eo in turba. Quidā eñ dice-
bāt bonus eſt. Alij aūt dicebāt nō:ſed ſeducit tur-
bas. Ponit hic vnū in q̄ oēs ꝯueniebant. ſ. quere-
bāt eū differēter tñ. Quidā eñ querebant eū deſi-
derio addiſcendi: vt eius doctrinam deuote audi-
rent ſm illud p̄s. lxviij. Querite dñm ꝛ viuet ania
veſtra. Alij querebant eum deſiderio malignandi
ſm illud p̄s. xxxviij. Querēt aiam meam vt aufe-
rant eā. Itē ponit vnum in q̄ diſcōueniebāt cū dr̄.
Et murmur multus erat de eo in turba. qꝛ q̄dam
de turba. illi. ſcꝫ q̄ habebant rectā ꝛ veram intenti-
onem dicebāt de xp̄o qꝛ bonus eſt. p̄s. lxxij. Quā
bonus iſrael deus his q̄ recto ſunt corde. Treñ. iij
Bonus eſt dñs ſperātibus in eū aīe querēti illum
Alij. ſ. q̄ male erāt diſpoſiti ꝛ mala intētione q̄re-
bāt eū:dicebāt nō. ſ. bonus eſt. Daꝶ aūt p̱ h̄ intelli
gi ꝙ multitudo turbe opinabaꝶ eū bonū. ꝫ p̄nci-
pes ſacerdotū opinabanꝶ eū malū. Et iō dicūt. ſe-
ducit turbas. Lu. xxiij. Hūc inuenim⁹ ſubuerten
tē gentē nr̄am ꝛc̄. Mat. xxvij. Recordati ſum⁹ qꝛ
ſeductor ille dixit ꝛc̄. Sed qđ tūc ſm Aug⁹. ꝛ heri
de dño ab impijs dicebaꝶ. hoc ip̄m hodie etiā de fi
delibus eius ſeruis dr̄. Nā q̄cūq; religioſus đo in
ſimplicitate cordis ſeruit:ab irreligioſis vitup̱aꝶ:
ꝛ ab alijs hoibus ſeductor vocaꝶ. hoc valet ad con
ſolationē noſtrā. Quare eñ exhorreſcāt membra
xp̄i qđ xp̄o illatum eſt capiti ſuo. nō refugiant ſer-
ui xp̄i aut dei amatores a ſcl'o qđ dictū eſt de xp̄o
iudeis murmuratorib⁹ hec ille. Sciendū ꝙ etiā
ſeducere eſt ſeorſum ducere. Pōt aūt homo ſeor
ſuꝫ duci vel a veritate vel a falſitate. vel vtroq; mō
pōt dici aliq̄s ſeductor. Vel qꝛ inquantū ſeorſum
ducit a veritate. ꝛ hoc mō nō ꝯpetit xp̄o q̄ veritas
eſt. Joh. xiiij. Vel a falſitate. ꝛ hoc mō xp̄us ſedu
ctor dr̄. Hiere. xx. Seduxiſti me dñe ꝛ ſeduct⁹ ſuꝫ
Vtinā ſic nos hoies ſeductores vocaremur ꝛ eſſe
mus vt dicit Aug. Magis tñ ſeductor dr̄ q̄ a veri
tate ſeducit ꝛ decipit. qꝛ ille dicit ſeorſum duci qui
trahiꝶ a via que eſt veritas. ſicut heretici q̄ in diuer
ſas hereſes ꝛ in vias diuerſas maloꝝ ducunꝶ. In-
ter illas aūt duas opiniones maloꝝ p̄ualet. vnde
ſubdiꝶ. Nemo aūt palā loquebaꝶ de illo ꝓpter me
tum iudeoꝝ. ſ. illoꝝ q̄ erant de tribu iuda q̄ graui-
us mouebanꝶ cōtra xp̄m. eo ꝙ in ſcripturis xp̄us
erat ꝓmiſſus de tribu eoꝝ. Ipſi aūt reputabāt eū
galileū ꝛ ab eis extraneū. Et q̄ metuebāt iudeos
ſm Aug. ſilētio ꝛ voce mima ꝛ ſono p̄ſſiori loque
banꝶ. Illi v̄o q̄ dicebāt ſeducit turbas. clarius re-
ſonabāt: vt eoꝝ ſonitus clarius audiebatur tanq̄
arentiū filioꝝ. ſed dei grates ꝑmutate ſunt in ma-
ledictiones. Nūc eñ ꝛ fideles laudent nomē xp̄i
in choro. ꝛ pſallent ei cū tympano ꝛ pſalterio q̄ ex
altatus in cruce ad ſe traxit oīa. Hereticoꝝ v̄o et
loquentiū iniqua os obſtructū eſt.

De eodem

Sermo lxix.

# Vos aſcēdite ad diem

feſtū hūc ꝛc̄. Btūs Johānes euangeliſta
deſcribit nobis tria feſta. Vnū eſt ꝙ nū-
q̄ꝫ eſt celebrandū. qꝛ xp̄s illud noluit celebrare. Et
hoc oñdit xp̄s cū dicit. Vos aſcēdite ad diē feſtū
hūc. ego aūt nō aſcendā. Scđm eſt qđ celebrandū
eſt. ꝫ q̄ſi occulte nō vane neq; pompacitate. De q̄
ſubdiꝶ. Vt aūt aſcenderēt frēs ei⁹. q̄. ſ. volebant ꝙ
aſcēderet pōpacitate. tunc ꝛ ipſe aſcēdit ad diē fe-
ſtum non manifeſte ſed quaſi in occulto. Tertiuꝫ
eſt quod eſt celebrādum manifeſte ꝛ cum magna
ſolennitate. ſicut feſtum quod viget in templo ce-
leſti. Iſtud ſignificatur per hoc quod immediate
ſubdit dicēs. Jam autē die feſto mediante aſcen-
dit ieſus in templum ꝛc̄. Circa primum notan-
dum. ꝙ feſtū illud quod non eſt celebrandum eſt
feſtum hominū vanoꝝ qui totū tempus ſuuꝫ po-
nunt in comeſationibus ꝛ delectatiōibus et alijs
vanitatibus. De quo diciꝶ Exođ. xxxij. Cras ſolē-
nitas domini eſt. Et ſubdit. Et ſedit populus mā-
ducare ꝛ bibere: ꝛ ſurrexerunt ludere. Iſtud autē
feſtum diabolicum non eſt faciendum triplici de
cauſa. Primo qꝛ hec vita tota eſt vigilia. Ideo de
bemus ieiunare ꝛ pctā noſtra deplāgere vt poſſi-
mus ad feſtuꝫ celeſtis patrie peruenire. Johel. ij.
Cōuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio
fletu ꝛ planctu. Matt. v. Beati qui lugent. ecce vi
gilia. quoniā ipſi conſolabunꝶ. ecce feſtū. Sed va
ni homines volunt hic facere feſtum. iō veniēt ad

UVA. BHSC. IyR_034_1

vigiliã. Luc.vj. Ve vobis q̄ ſaturati eſtis.ecce fe-
ſtum.qꝛ eſurietis.ecce vigilia. Scd̄o illud feſtum
nõ eſt fiendū.qꝛ iſta vita eſt exiliū. Stultus em̄ eſ-
ſet ille pegrinus qui in exilio poſitus vellet facere
feſtū.ſed debet expectare quouſqꝫ ad patriã ſuam
reuertat̄. Iſta em̄ vita ē quoddã exiliū.pſ.xxxviij
Aduena ego ſum ⁊ pegrinus apud te. Patria aūt
nr̄a eſt regio celeſtis q̄ nos expectat. Hebꝛe.xiij.
Non habemus em̄ hic manentē ciuitatē.ſed futu-
ram inq̄rimus.Quia igit̄ peccatoꝛes de exilio fe-
cerūt patriã.ideo a patria celeſti ſemp erūt exules
⁊ bãniti.Apoc.xxij.Foꝛis canes.venefici ⁊ impu-
dici.Tertio iſtud feſtū nõ eſt fiendū.quia iſta vita
eſt locus laboꝛis.Iob.v.Hõ ad laboꝛē naſcitur ⁊
auis ad volandū.Ideo ſerui dei ſint in ꝯtinuo la-
boꝛe.Gal.vj.Dū tēpus habemus opemur bonū
ad oēs.Et ideo de laboꝛe venient ad requiē.Apoc.
xiiij.Ammodo iã dicit ſpūs vt requieſcãt a laboꝛi-
bus ſuis.vani aūt hoīes volūt eſſe in ocio.⁊ iō de
ocio venient ad laboꝛē.pſ.Laboꝛabit in eternum
ſcꝫ in penis ⁊ viuet adhuc in finē. Scd̄o eſt quod-
dã feſtū vt dictuꝫ eſt.qđ eſt celebꝛandū.ſed q̄ſi oc-
culte.⁊ tertiū eſt qđ eſt celebꝛandū ſolēniter ⁊ ma-
nifeſte. Et ad iſta intelligendū notandū ꝙ anie
ſanctoꝝ viroꝝ tres habēt ſtatus. Primus eſt inq̄-
tum ip̄e aīe in vita pꝛeſenti cū ſuo coꝛpe ſunt con-
iuncte.⁊ tali modo ſunt in manu dei.Sap.iij.Iu-
ſtoꝝ aīe in manu dei ſunt. Scd̄s ſtatus eſt inquan-
tum ipſe aīe a ſuis coꝛpoꝛibus ſunt exute. Et quã-
tum ad hoc ſunt in ſinu dei. Olim quidē erant in
ſinu Abꝛae.ſed modo ſunt in ſinu dei. Iſa.xl.In
bꝛachio ſuo cõgregabit agnos:⁊ in ſinu ſuo leua-
bit fetas.Ipſe poꝛtabit ⁊ ꝯgregabit agnos.i.inno-
cētes:ne ab innocētia cadant.leuat ⁊ poꝛtat fetas
id eſt penitētes in ſinu.vt ſemp in opibus peniten-
tie fecundi permaneãt.Tertius eſt inquantū anie
ad ſua coꝛpoꝛa reuertent̄.⁊ in ſuis coꝛpoꝛibus be-
atificabunt̄.⁊ inquantū ſūt in thalamo dei. Deu.
xxxiij. Amantiſſiſſimus dn̄i habitabit confidēter
in eo q̄ſi in thalamo tota die moꝛabit̄.⁊ inter hu-
meros illius requieſcet. Inquantū ergo anie ad-
huc in p̄nti vita cū ſuo coꝛpe ꝯiuncte ſunt ⁊ in ma-
nu dei ſunt:nõ debet de ip̄is fieri aliqđ feſtū tripli-
ci de cauſa. Primo ꝓpter periculū.qꝛ ille q̄ eſt mõ
ſanctus cras poterit eē malus.j.Coꝝ.x.Qui ſtat
videat ne cadat.Scd̄o ꝓpter dubiū.qꝛ neſcimus q̄
ſunt in dextera dei vel in ſiniſtra. Multi em̄ vidē-
tur eſſe in eius dextra q̄ ſunt in ſiniſtra:⁊ ecõuerſo
Iudas em̄ q̄ erat diſcipulus xp̄i videbat̄ in dexte-
ra.⁊ tn̄ quantū ad p̄ſcientiaꝫ dei erat in ſiniſtra.et
ecõuerſo.Latro in cruce videbat̄ eſſe in ſiniſtra di
⁊ tn̄ in dei p̄deſtinatione erat in dextera.Tertio ꝓ-
pter ſtatū.qꝛ multis tribulationibꝰ ſcti ſunt expo-
ſiti.Hõ aūt q̄ eſt in tribulatione:non indiget cele-
bꝛatione feſti ſed cõpaſſione animi. Propter iſtã
cauſaꝫ nec de xp̄o nec de btã virgine q̄diu fuerūt
in hac vita nõ fuit factū aliquod feſtū.qꝛ tota vita
eoꝝ fuit in laboꝛe ⁊ afflictione.Et ideo nõ erat eis
neceſſaria celebꝛatio ſed cõpaſſio. Scd̄s ſtatus
eſt inquantū ꝯſiderant̄ aīe ꝓut ſunt exute a coꝛpe
Et quantū ad hoc ſunt in ſinu dei.Sicut em̄ illud
qđ eſt in ſinu eſt ſecurū ⁊ eſt charū ⁊ homini quo-
dammodo cõiunctū. ſic ⁊ anie ſanctoꝝ dicuntur
eſſe in ſinu dī.qꝛ ibi ſunt valde ſecure.Ioh.x.Nõ
rapiet eas quiſqꝫ de manu patris mei.Et ſunt deo
valde chare.j.ad Choꝝ.vj.Empti eſtis pꝛecio ma-
gno.Sunt deo cõiuncte ⁊ vnite.Ioh.xvij.Omēs
vnū ſint ſicut tu pr̄ in me ⁊ ego in te ⁊c̄. Sicut em̄
filius vnū eſt cū pr̄e per naturã.ſic ⁊ ſci erunt vnū
cū pr̄e ⁊ filio per gr̄aꝫ. Quantū ad iſtū ſtatum de
ſanctis in p̄nti vita facimus feſtum tribꝰ de cauſis
vt dicit Augꝰ.cõtra Fauſtū. Primo ꝓpter imita-
tionē.vt.ſ.ex hoc ſanctoꝝ exempla imitemur. Ia-
cobi.v.Exemplū accipite frēs mei exitus mali et
lõganimitatis ⁊ laboꝛis ⁊ patiētie ꝓphetas q̄ locu-
ti ſunt vobis in noīe dn̄i. Scd̄o ꝓpter meritoꝛum
aſſociationē.vt.ſ.eoꝝ meritis aſſociemur ⁊ partici-
pes ſimus.Sancti em̄ participãt merita ſua his q̄
illis honoꝛē dant.Tertio ꝓpter eoꝝ oꝛationē.vt.ſ.
ipſi apud deū ꝓ nobis intercedant. Iō dr̄ Iob.v.
Ad aliquē ſanctoꝝ ꝯuertere.Illud aūt feſtū debꝫ
fieri q̄ſi occulte.i.nõ pompacitate nec cū aliq̄ vani-
tate.Et in h̄ maxime peccãt mlr̄ieres. Cõtra quas
dr̄ Amos.viij.Conuertã feſtiuitates vr̄as in luctū
⁊ oīa cãtica vr̄a in planctū.⁊ inducã ſup omne doꝛ-
ſum veſtrū ſaccū.⁊ ſuper omne caput caluicium.
Mulieres ꝯſueuerūt in feſtiuitatibus ducere cho-
reas.⁊ vanas dicere cãtilenas.Sed illa cãtica cõ-
uertent̄ in luctū infernalē. Et ideo dicit. Cõuertã
feſtiuitates veſtras in luctū.Cõſueuerūt ⁊ varia ⁊
vana oꝛnamētã deferre.Sed illa oꝛnamēta in ſac-
cū cõmutabunt̄. qꝛ cū ſacco ⁊ cilitio ſepelient̄. Et
ideo dicit.Inducã ſup omne doꝛſum ſaccū.Con-
ſueuerūt etiã capillos alienos deferre.⁊ caput ſu-
um vane oꝛnare. ſed iſte oꝛnatus in caluiciū ꝯuer-
tetur.qꝛ ſicut patet capita eoꝝ in monumentis to-
taliter ſunt decaluata. Et ideo ſubdit̄.Et ſup om̄e
caput caluiciū. Tertius eſt ſtatus qn̄ poſt reſur-
rectionē btãm aīe ad ſua coꝛpa reuertent̄.⁊ tūc fa-
cient feſtum non ſemel in anno vel in mēſe ſed in
hebdomada: ſed ſemper. qꝛ ibi nõ erit nec mēſis:
nec hebdomada:ſed tm̄ vna dies. Vn̄ Aug.expo-
nēs illud verbū. Tp̄s meū nondū aduenit.expo-
nit illud de tp̄e gl̄ie dicēs in pſona xp̄i. Ip̄e eſt di-
es feſtus meꝰ. nõ diebꝰ iſtis pcurrēs ⁊ ptrãſiēs: ſꝫ
pmanēs in eternū. In ipſa feſtiuitate eſt gaudiuꝫ
ſine fine.⁊ veritas ſine labe.⁊ ſerenitas ſine nube.
Iſtud feſtū nõ fiet occultū:ſꝫ cū magna celebꝛita-
te. qꝛ oēs angl̄i ⁊ oēs bti inſimul deū laudabunt.
Aug.de ciui.dei.In hac vacabimꝰ ⁊ videbimus.
amabimꝰ ⁊ laudabimꝰ.⁊ q̄ſqꝫ erat in ea ſine fine.
Ad vacare igit̄ ſequit̄ videre.qꝛ niſi hõ vacet nõ vi-
det.iuxta illđ pſ.xlv.Vacate ⁊ videte qm̄ ego ſuꝫ
deꝰ.Et iō dicit.Vacabimꝰ ⁊ videbimꝰ.Ad videre
ſequit̄ amare.qꝛ nulla res põt amari niſi videatur
vel niſi aliq̄ mõ cognoſcat̄. Iō dicit.videbimus ⁊
amabimꝰ.Ad amare ſequit̄ laudare ⁊ cõmēdare.
Illã em̄ rem quã odio habui ſp vitupero. Illam
aūt rem quã diligo ſp ꝯmēdo.laudo ⁊ extollo.Et
ideo dixit.amabimꝰ ⁊ laudabimꝰ.Scti igit̄ in pa-
tria vacabūt.vacãdo videbūt. videndo amabunt.
amãdo laudabūt.Et hoc ſine fine ⁊c̄.

Feria quarta.

Sermo .lxx.

# Oues mee vocem meā

o audiūt Joh.x. Ubi capitaneus bonꝰ
eſt in cāpo: ille nitit̃ ppl'm ſuū ſibi cōmiſ
ſum liberare de inimicis. Et hoc eſt pmū. Scd̾o
ponit eis traditiones dicēdo. Tu debes hoc face-
re: tu h̾ ꝛ tu hoc dimittere. Tertio tales ſibi cōmiſ
ſi tenent̃ ſibi obedire. Spūaliter. Et ſic xp̄s eſt ca-
pitaneus nr̄. q̇ ideo a deo pr̄e eſt ꝯſtitutus vt nos
liberaret de inimicis. Vñ Iſai.xix. Clamabūt ad
dñm a facie tribulātis: ꝛ mittet eis ſaluatorē ꝛ ꝓ-
pugnatorē q̇ liberet eos. Et hoc recogitat eccleſia
in introitu dicēs. Liberator meus de gētibus ira
cūdis: ꝛ ab inſurgētibus in me exaltabis me: a vi
ro iniquo eripies me dñe. Scd̾o ponit capitaneꝰ
traditiones. Et ſic xp̄s in ep'la Leui.xix. Ego dñs
deus veſter. Et ponit decē traditiones. Prio. non
facietis furtū. Rō ſm Aug. qꝛ pctm̄ non dimittit̃
niſi ablatū reſtituat̃. Contra hoc peccauit Achan
Joſue.vij. quē dñs iuſſit lapidari. Scd̾o. nō men
tiemini. Ratio qꝛ os qd̾ mentit̃ necat aiaȝ. Sap.j.
ps.v. Perdes oēs q̇ loquunt̃ mendaciū. Tertio.
nec decipiet vnuſq̇ſqꜫ ꝓximū ſuū. Ratio qꝛ dicit̃
Mat.xix. Dilige ꝓximū tuū ſicut teipm. Et idē.
vij. Quecunqꜫ vultis vt faciant vobis hoies ꝛ vos
facite illis. Quarto. nō piurabis in noie meo: nec
pollues nomē dei tui. Rō. qꝛ nō eſt aliud nomen
ſub celo datū hoibus in quo oporteat nos ſaluos
fieri. Actu.iiij. Cōtra h̾ fecit. Sennacherib q̇ blaſ-
phemauit nomē dñi dicēs: q̄ nō poſſet liberare fi-
lios iſrael de manu ſua. ꝓpter qd̾ occidit dñs vna
nocte. clxxxv. milia. ꝛ poſt hoc ꝓprij filij ſui Sara
ſar. adramelech occiderūt eū. vt hr̄. ij. Para. xxxij
Quinto. nō morabit̃ opus mercēnarij tui apd̾ te
vſqꜫ mane. Rō Mat.x. Dignus eſt mercēnarius
mercede ſua. Sexto. non maledices ſurdo. nec co
ram ceco pones offendiculū. ſꜫ time dñm deū tuū
Septimo. nō iniuſte iudicabis. Rō. qꝛ dr̄ Lu.vj.
Qua mēſura mēſi fueritis remetiet̃ vob. Octauo
nō facies qd̾ iniquū eſt nec iniuſte iudicabis. nec
ꝯſideres perſonā paupis. nec honores vultū potē
tis. Rō. Actu.x. Nō eſt perſonarū acceptio apud
deum. Nono. nō eris criminator nec ſuſurro ī po-
pulis. Rō. Deut̃.xxxij. Mihi vindictam ꝛ ego re
tribuā. Decimo nō oderis fratrē tuū in corde tuo
nec q̄ras vltionē. nec memor eris iniurie ciuiū tu
orum. Rō. Si non remiſeritis vnuſq̇ſqꜫ fratri ſuo
nō remittet vobis pr̄ meus ꝛc̃. Mat.xviij. Cōclu-
dit. Ego dñs: leges meas cuſtodite. Ergo ī hoc cō
cordat ep'la cū euāgelio in themate. Oues mee vo
cem meā audiūt ꝛc̃. Aliud thema. Naturaliter
mutatio nō fit in inſtāti ſꜫ p aliqd̾ mediū. Spūalit̃
Et ſic nos trāſlati ſumus d̾ morte ad vitā: ſꜫ p me-
diū id eſt xp̄m. j. Thi.ij. Mediator dei ꝛ hoim hō
xp̄s ieſus. q̇ dedit redēptionē ſemetipm ꝓ oibus
De q̇ introitus. Liberator meus ꝛc̃. ps.xvij. Hūc
pſalmū fecit Dauid in grāru̅actiōe poſt obitum
ſaul. Abſalonis ꝛ ſybe inimicoꝝ ſuorū. Sed pro
nūc exponit̃ de xp̄o. Diligā te dñe ꝛc̃. Et liberator
meus ꝛc̃. de inimicis. Sic nos originalē liberati-
onē a pctis aſcribamꝰ dño deo. Joh.viij. Si filiꝰ
vos liberauerit vere liberi eritis. Adhuc requirit̃
ſm mediū ſcȝ obediētia mādatoꝝ. Matt.xix. Si
vis ad vitā ingredi ſerua mādata dei. De q̇ ep'la vt
ſupra patuit. Et in euāgelio. Oues mee vocē meā
audiūt ꝛc̃. Sed qꝛ iudei noluerūt audire vocē eiꝰ
ḡ nec crediderūt. ad Ro.x. Fides ex auditu. audi
tus aūt per v̾bū xp̄i. Ex q̇ nō crediderūt: tūc non
ſunt oues xp̄i ſꜫ diaboli ḡ dixit in themate. Vos
nō creditis. qꝛ nō eſtis de ouibus meis. In ſum
ma euāgelij tria innuunt̃. Primo iudeorū fallax
interrogatio. ibi. Si tu es xp̄us. Scd̾o xp̄i efficax
rēſponſio. ibi. Loq̄r vobis. Tertio iudeoꝝ ptinax
obſtinatio. ibi. ſuſtulerūt lapides. De pmo dic̃.
In illo tp̄e. Facta ſunt encenia hieroſolymis. i. fe
ſtum et memoria dedicationis templi. Hierony.
Tres fuerunt dedicationes templi. Prima a Sa
lomone in autumno decima die ſeptēbris. Scd̾a
a Zorobabel ꝛ Jeſu ſacerdote tp̄e veris in marcio
cū redierūt de captiuitate babylonis. Tercia a iu-
da machabeo: q̇ tēplū ꝓphanatū a gētibus mūda
uit in hyeme in mēſe decēbri. Et hec dedicatio tē
pore xp̄i celebrabat̃ vñ hic agit̃. Jō ſubdit. Et hy-
ems erat. Gre. Hoc iō exp̄mit vt innuat in cordi-
bus iudeoꝝ frigus malicie eſſe. per hoc etiā iude-
orum prauitas deſignat̃. Et pmo hyems eſt tp̄us
nubiloſum ꝛ nebuloſum. ſic iudei erant tenebris
erroris inuoluti. ps.lxxxj. Neſcierunt neqꜫ intelle
xerūt: in tenebris ambulāt. Matt.v. Sinite eos:
ceci ſunt ꝛ duces cecoꝝ. Scd̾o eſt tp̄s pluuioſum.
et ſic iudei loquacitate ſupflui ꝛ murmuratores.
Actuū.v. Sp ſpūiſctō reſtitiſtis. Tertio frigidū. ꝛ
ſic iudei in amore dei. Hiere.vj. Sicut ciſterna fa
cit frigidā aquā ſuā ſic frigidā fecit maliciā ſuam.
Quarto lutoſum. ꝛ ſic luto pcti ſunt pleni. Mat.
xxiij. Ue vobis ſcribe ꝛ phariſei ꝛc̃. q̇ pleni eſtis oī
ſpurcicia. Quinto tedioſum. Et ſic iudei fuerunt
tedioſi in operādo opa bona. Matt.xxiij. dicūt ꝛ
nō faciūt. allegant onera grauia ꝛ importabilia. et
imponūt in humeros hoim. digito aūt ſuo nolūt
ea mouere ꝛc̃. Uel id̾o ſm Theophilū. vt in ꝓxi-
mo deſignet̃ tp̄s paſſionis. Itaqꜫ in vere ſequenti
paſſus eſt dñs. Jō v̾ſat̃ in tēplo. Et ambulabat ie
ſus in porticu ſalomonis. Alchuinus. Erat locus
vbi ſalomon ſtabat ad orādū. ſicut dr̄. iij. Reg. viij
Et talis locus fuit reparatꝰ poſt deſtructōȝ a iuda
machabeo ad ſilitudinē poris. Circūdedert̃ eū iu
dei. Glo. nō ex amicicia: ſꜫ odio. ꝛ nō vt milites ad
regē cuſtodiēdū: ſꜫ ad cōpmēdū. ps.xxxix. Circū-
dederūt me mala quoꝝ nō ē numerꝰ. Nō vt diſci
puli ad mgr̄m audiēdū: ſꜫ ad decipiendū. ps. Cir-
cūdederūt me ſicut apes: ꝛ exarſerūt ſicut ignis ī
ſpinis. ꝛ in noie dñi qꝛ vltꝰ ſuȝ in eos. Nō vt infir-
mi ad medicū ſequendū ſꜫ inuidendum. ps.cviij.
Sermonibꝰ odij circūdederūt me: ꝛ expugnaue
rūt me gratis. Et ps.xxj. Circūdederūt me canes
mlt̄i: ꝯcliū malignantiū obſedit me. Dicētes. q̄uſ
qꜫ aiaȝ nr̄am tollis. i. crucias. Si tu es xp̄s dic no-
bis palā. Nō v̾itatē deſiderabāt. ſꜫ deceptionē: id̾o
adulatorie loquūt̃. volētes p h̾ oñdere ſe deſidera
re ſcire v̾itatē de ip̄o. q. d. Aia nr̄a eſt in ſuſpēſo de
ſiderij. qꜫdiu vinctꝰ nos derelinq̇s Quia ſpes q̇ dif
fert̃ affligit aiaȝ ꝓuer.xiij. iō dic̃ Aug. Premittūt
adulatōȝ vt pueiāt ad deceptōȝ Chri. In h̾ oñdit̃

UVA. BHSC. IyR_034_1

ꝯuerſitas iudeoꝝ.qꝛ qñ xp̄s eos erudiebat ꝑ ṽba:
petebāt ſigna dicētes.Joh.ij.Quod ſignū oñdis
nobis qꝛ hec facis.Cū aūt faciebat ſigna petebant
ṽba.ſicut qñ dixerūt hic. Si tu es xp̄s dic nobis
palā.Quē ſcʒ p̄triarche tādiu expectauerūt.quem
oēs ꝓphete p̄dixerunt. angeli deſignauerūt.q̄ re-
dēpturus eſt iſrael.Aug.Judei de xp̄o ſm hoīeʒ
ſapiebāt:ſed diuinitatē mīme intelligebāt. Et h̄ fi
gurauit velamē. Moyſi in facie ſua Exod.xxxiiij
qñ facies eius videbat̄ eis coꝛnuta. Quāto min⁹
poterāt videre verū deū carne velatū.ad Rom.xj.
Cecitas cōtingit ex parte in iſrael.Chriſ.Opa ei⁹
nō valebāt incuſare.ideo ceperunt in ṽbis eū cape
re.Simulabāt ſe ſolo verbo ſuadere q̄ tot opibus
noluerūt credere.iō Alchuinus.O ꝑfidi iudei cū
nihil loquit̄ in occulto ſed oīa in publico.cur dici
tis:dic nobis palā.Aug. Cogitabāt eū iudei deci
pere taliter.ſi reſpōdiſſet nō.habuiſſent ꝓpoſitū.ſi
ſic vt accuſarēt eū ſibi vſurpare regnū.qꝛ ſciebant
xp̄m de ſemine Dauid regali naſciturū. Si reſpō
diſſet dubie dixiſſent ꝙ ſit hō duplex.qꝛ aliud ha-
bet in coꝛde:ꝛ aliud ꝓfert oꝛe. Dixi ſcd̄o tangit̄
verax rñſio dicēs. Loquoꝛ vobis ꝛ nō creditis mi
hi.Mira res.q.d.Cū ſim ſapiētia que ex oꝛe altiſ-
ſimi ꝓdij.Eccli.xxiiij.Cū ſim nūcius ſalutis a d̄o
p̄re miſſus.Thob.x.Et ſicut imber cadit de celo ꝛ
fructificat terrā Jſa.lv.Jta deus p̄r miſit verbū ꝛ
nō reuertet̄ vacuū.Cur ergo nō creditis: cum elo
quia mea ſuꝑ mel dulcioꝛa.Sed ṽba ſine opibus
nō faciūt fidē.ergo videte opa q̄ ego facio ꝛc̄. Ui-
dete teſtes:quoꝝ p̄mus eſt Petrus Mat.xvj.di.
Tu es xp̄s filius dei viui. Diſcipuli in nauis flu-
ctu Matth.xiiij. Uere filius dei es. Martha Jo
han.xj. Ego credidi. qꝛ tu es xp̄s filius dei viui q̄
in hunc mundū veniſti.Demō.Quid mihi ꝛ tibi
Jeſu fili dei altiſſimi Mar.v.Cēturio Mar.xv.
Uere hic hō filius d̄i erat. Pater celeſtis Lu.iij.
ꝛ Mat.xvij.Hic eſt fili⁹ me⁹ dilectus.Jtē loquoꝛ
vobis ꝛ non creditis mihi.q.d. Ex hoc ꝓbat̄ falſi
tas vr̄a.Opa q̄ ego facio in noīe p̄ris mei hec teſti
moniū ꝑhibēt de me.Xp̄s eñ habebat q̄dā opera
humanitatis:vt ſitire: eſurire:laſſus fieri. quedaʒ
diuinitatis.vt dare ſp̄m ſctm̄ Joh.xx.Et dimittere
pctā Luce.vij.Et infirmos ſolo ṽbo curare.Jſta
opa p̄bebāt xp̄o teſtimoniū ꝙ ip̄e erat verus hō ꝛ
deus.Uñ patet per exēplū ꝙ diuinitas ipſius co-
gnoſcebat̄ ſicut arboꝛ ex fructu cognoſcit̄. Matt.
vij.Attamē ꝛ oībus fructib⁹ non crediderūt.ideo
inexcuſabiles fuerūt.Joh.xv.Si opa nō feciſſem
in eis q̄ nemo alius pctm̄ nō haberēt. Tūc oñdit
cauſam q̄re nō crediderūt dicēs. Uos nō creditis
qꝛ nō eſtis ex ouibus meis.i.nō eſtis p̄oꝛdinati ad
vitā eternā.ſʒ p̄ſciti ad eternū interitū.q.di. Uos
eſtis hedi fedi lupis infernalibus expoſiti. q̄ in iu
dicio nō eritis ad dexterā:ſʒ ad ſiniſtrā audiētes il
lud.Jte maledicti ꝛc̄. Sed di.ꝑ hoc videt̄ ꝙ ſal-
uatoꝛ coegit eos deſperare. Reſpōdet̄ ꝙ in turba
illa aliqui erāt qui nō erant p̄oꝛdinati ad tunc cre
dendū:ſʒ in poſterū. Uñ in actib⁹ aploꝝ di. ꝙ cre
diderūt ex iudeis vna die q̄nꝗ milia. Aliq̄ autē q̄
nō erāt adhuc p̄oꝛdinati ſed in poſterū ad creden
dū.Nō ergo repugnabat ſpei hoc dicere in turba.

cū nō dixit vni ſpecialiter.Oues mee vocē meam
audiunt.i.p̄ceptis meis obediunt.p̄s.xciiij.Si vo
cē ei⁹ audieritis ꝛc̄.Et ego cognoſco eas.i.appꝛo-
bo coꝛū facta.ij.Thi.ij.Nouit dn̄s q̄ ſunt eius.ſcʒ
in vitam eternaʒ p̄deſtinati. Et ſequit̄ me.i.in via
humilitatis ꝛ patiētie.j.Pet.ij.Chꝛiſtus paſſus ē
ꝓ nobis ꝛc̄. vt ſeq̄mini veſtigia ei⁹. Et Job.xxiij.
Ueſtigia eius ſecutus eſt pes meus. viam ei⁹ cu-
ſtodiui ꝛ nō declinaui ex ea. Nota p̄deſtinatio
ſm ſanctū Tho. parte.j. q.xxiij.eſt ratio oꝛdinis
aliquoꝝ in ſalutē eternā in mente diuina exiſtens
Et p̄deſtinatio certiſſime ꝛ infallibiliter cōſequit̄
ſuum effectū.Nec tñ imponit neceſſitatē. qꝛ non
neceſſitas:ſʒ liberū arbitrium operat̄ ad damnati
onē vel ſaluationē.vñ Greg. ꝛ h̄r in cano.xxiij.q.
iiij.obtineri. Obtineri nequaꝗ̄ p̄nt q̄ p̄deſtinata
nō fuerunt.ſʒ ea q̄ viri ſcti oꝛādo impetrāt ita pꝛe-
deſtinata ſunt vt p̄cibus obtineant̄. Nā ip̄a quo-
ꝗ ꝑhēnis regni deſtinatio . ita eſt ab oīpotēti deo
diſpoſita vt ad hoc electi ex laboꝛe ꝑueniāt.quate
nus poſtulādo mereant̄ accipere qd̄ eis oīpotens
deus añ ſcl'a diſpoſuit donare.hec Gꝛe. Exem-
plū. Fuit quidā frater in monaſterio q̄ habuit mł
tas reuelationes. qd̄ q̄dā alter frater ſciēs petiuit
eum vt oꝛaret deuʒ q̄tenus dignaret̄ ſibi reuelare
an eſſet de numero ſaluandoꝝ. Et dum ille p̄cib⁹
inſtaret:reuelatum eſt ſibi ꝙ eſſet de nnmero dā-
nandoꝝ.ꝛ timens fratrē illū turbare per aliq̄t di-
es ſibi celauit. Poſt hoc illo volēte ſcire inuit⁹ di-
xit ſibi.Tūc ille h̄ audiēs ꝛ intelligens ſcripturas
ſtatim rñdit Bñdictus dn̄s deus: nec tñ ſic deſpe-
rabo.ſʒ pniam quā ꝑ ingreſſum religionis aſſum
pſi duplicabo ꝛ triplicabo donec inueniā gr̄aʒ ac
miſericoꝛdiā apud altiſſimū. Et poſt i breui reue-
latū eſt eidem ꝙ iſte frater eſſet de numero ſaluan
doꝛum.Ergo noli dicere Siue ago bonū ſiue ma
lum:veniā q̄ deus vult.Nā deus nō eſt cauſa ma
li ꝛ dānationis tue.Boecius. Ego video facientē
rotā.viſus nō eſt cauſa rote ꝛc̄. Subdit. Et vitam
eternā do eis ꝛ nō peribūt in eternum.Ecce bona
paſcua vita eterna:vbi nulla herba areſcit: ſʒ totū
viret.Et nemo rapiet eas de manu mea.i.de pote
ſtate mea per violentiā. hic trahēdo ad culpā vel
in futuro ad penā.Sap.iij. Juſtoꝝ anie in manu
dei ſunt:ꝛ non tāget illos toꝛmentū moꝛtis. Et vt
Aug. dicit. Jbi nec lupus rapit:nec fur tollit:nec
latro interficit. Pater meus qd̄ dedit mihi mai⁹
eſt oībus.q.d.Ego ꝯſeruo eos in p̄tāte p̄ris.qꝛ ha-
beo eandē p̄tātē cū eo ꝛ eandē eſſentiā. qꝛ ſum ei⁹
ṽbū.eius vnigenitus ꝛ cādoꝛ lucis eterne. Et ne-
mo pōt rapere de manu p̄ris mei.ſcʒ cū ſit infinite
potētie.iō nihil pōt ab eo auferri per violentiam.
Hiero. Manus dei p̄ris eſt filius. p̄s.cxliij.Emit
te manū tuā de alto:eripe me ꝛc̄. qꝛ per ip̄m facta
ſunt oīa. Joh.j.Et Eſaie.xlviij. Manus mea cre-
auit celos: ꝛ fundauit terrā. Jſta manus eſt oīm
bonoꝝ largitiua.p̄s.cxlvij. Aperis tu manū tuaʒ
ꝛc̄. Jtē eſt oīum ꝯſeruatiua Jſa.xlix.Sub vmbꝛa
man⁹ ſue ꝓtexit me Jtē eſt oīm in viā celi directi-
ua.Sap.vij. Jn manu illius nos ꝛ ſermones nr̄i
ꝛ oīs ſapiētia ꝛ operū ſciētie diſciplina Jtē eſt om
niū ſaluatiua.p̄s.cxviij. Fiet manus tua vt ſaluet

UVA. BHSC. IyR_034_1

81

me. Geñ. xlvij. Salus nr̃a in manu tūa eſt. Quia ego ⁊ pr̄ ſum⁹ vnū. Pⁱᵒ in natura. ſic dicit Joh. v. Sicut pater hꝫ vitā in ſemetipo. ſic dedit ⁊ filio ⁊c̄ Scd̃o in poteſtate. Joh. v. Dedit ei ptāte iudiciū facere. qꝛ filius hominis eſt. Tercio in reuerētia ⁊ honore. ad Phil. ij. Dedit illi nomē qđ eſt ſup omne nomē. Et ꝙ null⁹ pōt rapere de manu pr̄is per violentiā. qꝛ fortiſſim⁹ eſt. nec ꝑ ignorantiā. qꝛ ſapientiſſim⁹. Job. ix. Sapiēs corde eſt ⁊ fortis robore. Sciendū in hoc ꝙ dicit. Ego ⁊ pater vnuꝫ ſumus. excludit duos errores circa articulū ſanctiſſime trinitatis. Sabelli⁹ eñ in deo poſuit vnitatē ꝑſone ſicut ⁊ eſſentie. Et h̄ remouet cū dicit. ſum⁹ Si eñ pr̄ ⁊ filiu s eſſent vna ꝑſona. dixiſſent in ſingulari ſuꝫ. ⁊ nō ſum⁹. Arrius autē ecōuerſo poſuit pluralitatē eſſentiaꝝ ſicut ⁊ ꝑſonaꝝ. Et h̄ excludit in eo ꝙ dr̄. vnū. Si eñ pater ⁊ filius haberēt diuerſas eſſentias. nō diceret vnū neutralit̄ ſꝫ plura. igit̄ ꝑ ego ⁊ pr̄ ſumus. diſcretio ⁊ equalitas ꝑſonaꝝ ex ꝓmit. ꝑ vnū vnitas diuīe ſbſtātie intelligit̄. In theologia eñ ꝑ neutrū genus dicit̄ ſubſtātia diuina. ꝑ maſculinū ꝑſone. ꝑ femininū notio. Unde Aug⁹. Utrūqꝫ audi ⁊ vnū ſum⁹. ꝙ dixit vnū liberat te ab Arrio. ꝙ ſum⁹ liberat te a Sabellio. Dixi tercio tangit̄ iudeoꝝ ꝑtinax obſtinatio ibi. Suſtulerunt lapides iudei. Quia dicit Aug. Judei erāt duri vt lapides cuꝫ ꝓfunda dei v̄ba intelligere nō poſſent lapidib⁹ ſimiles ad lapides currūt. pſ̄. cxix. Dum loq̄bar illis impugnabāt me grat̄. Rn̄dit eis ih̄s. Multa bona oꝑa oſtēdi vobis ex pr̄e meo. ſ. mortuo s ſuſcitaui. infirmos curaui ⁊c̄. ꝓpter qđ opus me lapidatis. q̄ſi diceret. Nullus debet lapidari ꝓ bono oꝑe. ſꝫ ꝓ malo. Nota ſunt aliqui q̇ reddūt mala ꝓ malis. ⁊ hoc eſt ꝓhibitū. ad Ro. xij. Non reddētes malū ꝓ malo. quia deus ſibi hoc retinuit Deute. xxxij. Mihi vindictā ⁊ ego retribuā. Alij ſunt q̇ reddūt bona ꝓ bonis. Et iſtud eſt quoddaꝫ naturale debitū. Mat. v. Si diligitis eos q̇ vos diligūt quam mercedē habebitis: q̄ſi diceret. nullā. Alij ſunt q̇ retribuūt bona ꝓ malis. Et iſtud eſt ꝑfecte charitatis iudiciū. Talis erat xp̄s q̇ a iudeis recipiebat cōuicia. ⁊ tñ nō ceſſauit eis dare beneficia. Et h̄ docet nos Mat. v. Benefacite his q̇ vos oderūt. Alij ſnut qui retribuunt mala ꝓ bonis. ⁊ illud eſt valde iniquū. Tales erāt iudei q̇ a xp̄o recipiebāt multa beneficia. ⁊ tñ ei multa inferebāt opprobria. pſ̄. xxxiiij. Retribuebant mihi mala pro bonis. Jō xp̄s charitatiue arguit eos dicēs. Multa bona oꝑa oſtēdi vobis ⁊c̄. Et dicit. Ex pr̄e meo. vt indicaret ſe ꝑ om̄ia gloriaꝫ pr̄is q̄rere. Joh. viij. Gloriā meā nō quero. Reſponderūt ei iudei. De oꝑe bono non lapidam⁹ te. ſꝫ de blaſphemia. quia cū homo tu ſis facis te ipſum deū. Tunc reſpōdit illis Jeſus. Nonne ſcriptū eſt in lege veſtra. Aug. Hic lex recipit̄ ꝓ toto veteri teſtamēto. Ego dixi dij eſtis. q̄ſi dicat xp̄s. Nō habebitis me lapidare ſi deū me vocaui. qꝛ ſcp̄tura vr̄a puros hoīes deos vocat. Si ğ illos dixit deos ad q̇s ſmo dei factus eſt. ⁊ nō pōt ſolui ſcp̄tura. id eſt dici ꝙ ꝯtineat aliq̇d falſuꝫ. Quē pater ſctificauit. id ē ſctm̄ genuit. et miſit in mūdū. q̄ſi diceret. Multo fortius de⁹ pōt ille vocari. Et q̄re vos dicis. qꝛ blaſphemaſ. qꝛ dixi Filius dei ſum. q̄ſi diceret. Irrationabiliter h̄ facitis. qꝛ ſcriptura hoc dicit. Sicut Hiere. xxiij. Ecce dies veniūt dicit dn̄s. ⁊ ſuſcitabo. Dauid germē iuſtū. Et ſeq̇tur. Et hoc eſt nomē qđ vocabūt eū dn̄s iuſtus nr̄. Et vbi nos habem⁹ dn̄s. ibi ponit̄ nomē dn̄i Thetragrammathon in hebreo. qđ nulli alicui attribuit̄ niſi ſoli deo. Itē nota plaſphemia eſt aliqđ falſum dicere de deo ⁊ qꝛ xp̄us tm̄ homo videbat̄ eis. iō dicūt eū plaſphemare. qꝛ dixit ſe et deū vnū eſſe. ⁊ pena plaſphemātiū erat lapidatio in veteri teſtamēto. Sciendū ꝙ deus dicit̄ trib⁹ modis. ſcꝫ natura. Et hoc modo xp̄s erat deus ad optōne ⁊ gr̄a. Et hoc modo ſancti viri dicūt̄ dij. Et falſa opinione ⁊ nūcupatōe. Et hoc modo idola ⁊ demones dij appellant̄. Sancti ergo viri dicuntur dij nō ꝑ naturā ſꝫ ꝑ gr̄am Aug. Talis eſt vnuſq̇ſqꝫ q̄lis eſt dilectio ſua. ſi deū diligis de⁹ es. ſi t̄rā diligis t̄ra es. Diligam⁹ ğ deū vt dij appelemur. ꝯtēnem⁹ terrēa ne t̄ra vocemur. Sꝫ poſſet aliq̇s dicere. volo vtrūqꝫ facere. ⁊ deū diligere. ⁊ ſic ero de⁹ ⁊ terrā amare. ⁊ ſic ero terra. Sꝫ h̄ fieri nō pōt. qꝛ dicit̄. Mat. vj. Nemo poteſt duob⁹ dn̄is ſeruire. ſ. deo ⁊ mūdo. Et iſtud pōt oſtēdi ꝑ tria exempla. ſ. vaſis. man⁹ ⁊ oculoꝝ. Aug. in libro quīqꝫ omeliaꝝ hoc oſtēdit exemplo vaſis. qꝛ ſi vas aliqđ debet impleri melle. ⁊ eſt plenū aceto. oportet ꝙ acetū effūdat̄. ⁊ ſic mel infundat̄. Unde dic̄. Eſt amor vtilis ⁊ ē amor noxi⁹. Amor amore impedit̄. amor noxius recedat. amor vtilis ſuccedat. ſi pleni ſunt homines amore hui⁹ ſeculi effundant illū vt capiant amorē dei. vis vt intret vinū. oportet vt acetū non infundas. Scd̃o hoc oſtēdit Aug. ſuꝑ Johannē exemplo manus dicēs. Amorē hominis ſic putare debes q̄ſi manū aīe Si aliqđ tenet. vere aliđ nō poteſt tenere. quod dat̄ teneat. dimittat qđ tenet̄. Qui aūt amat ſeculū dicit illi de⁹. deuꝫ amare nō potes. occupatā habes manū dicit illi deus. Tene quod do. ſi nō vult dimittere qđ tenebat nō pōt accipe qđ offert̄. Tercio hoc oſtendit Cyprianus in tractatu de duodecim abuſionib⁹ ſeculi exemplo oculoꝝ dicens. Amor mūdi ⁊ amor dei pariter in vno corde habitare nō poſſunt. Quemadmoduꝫ oculi celū ⁊ terrā nunq̄ꝫ pariter aſpiciūt. Dicit aūt Ariſto. in in libro de aīalib⁹. ꝙ aues claudūt oc̄los cum palpebra inferiori. Animalia vero greſſibilia cū palpebra ſuꝑiori. Per aues intelligunt̄ viri ſpirituales q̇ ad inferiora ⁊ terrena oculos cladūt ⁊ celeſtibus intēdunt. Per anīalia intelliguntur viri humani ⁊ mūdani q̇ habēt oculos clauſos ad celeſtia ⁊ aptos ad terrena. Tunc ſubdit ꝓbans hoc ex oꝑibus quod ꝓbat ex ſcripturis dicēs. Si non facio oꝑa pr̄is mei nolite credē mihi Si aūt facio ⁊ ſi mihi nō vult̄ credē oꝑib⁹ crenite vt coğſcatis ⁊ credatis qꝛ pr̄ in me eſt ⁊ ego in pr̄e. q̄ſi diceret Ex operibus cognoſcite me eſſe verū deum. ⁊ me in patre. ⁊ patrem in me pod oculis veſtris videre nō poteſtis. Querebāt ğ eū app̄hēdere. ⁊ exiuit de manibus eoꝝ. ſ. virtute diuīa trāſiens per illos.

De eodem. Sermo lxxj.

## O

**Ues mee vocem meā** audiūt Joha. x. Sciendū in hoc euan



UVA. BHSC. IyR_034_1

gelio dñs noſter Jeſus xp̄s q̄ eſt paſtoꝛ verus.po
nit hic duas differētias ouiū.Sunt em̄ q̄daꝫ oues
q̄ nō ſunt ſue.ſ; ſunt oues diaboli. De q̄bus dixit.
Sed vos nō creditis q2 nō eſtis ex ouibus meis.
Alie ſunt oues ſue de q̄bus ſubdit.Oues mee vo
ceꝫ meā audiūt. Prie oues.ſ. oues diaboli faciūt
duos greges. Prim⁹ grex eſt in hoc mūdo Oues
em̄ diaboli qui ſunt in hoc mūdo ſunt hypocrite.
De q̄bus dicit̄ Mat.vij. Attēdite a falſis ꝓphetis
q̄ veniūt ad vos in veſtimētis ouiū ⁊c̄.Dicit tamē
Chꝛiſ.ſup Math. ꝙ lupus ſi tegat̄ pelle ouia pōt
tū cognoſci ꝙ ſit lupus ꝑ tria.Primo ꝑ actū.quia
lupus dentib⁹ moꝛdet. ouis aūt nō hꝫ dentes cuꝫ
q̄bus moꝛdeat.Scd̄o ꝑ vlulatū. q2 lupus verſus
celū vlulat ouis aūt verſus terrā ſemꝑ balat.Ter‑
cio ꝑ cibū.q2 lupus carnib⁹ delectat̄.ouis vero her
bis paſcit̄.Eodē etiā modo hypocrite cognoſcunt̄
Primo vicꝫ ꝑ actū.q2 ſerui dei nō moꝛdēt.i. nō de
trahūt.nec de aliq̄ obloquunt̄.hypocrite aūt moꝛ‑
dēt ⁊ detrahūt.De q̄bus dr̄ Gal.v.Si inuicē moꝛ
deris ⁊ comederis. videte ne ab inuicē cōſumami.
Ex hoc hr̄ ꝙ quidā moꝛdēt.quidā comedūt. q̄daꝫ
cōſumūt.Jlle vero moꝛdet q̄ partē accipit ⁊ partē
relinq̄t.ſic detractoꝛ ſepe in parte laudat ⁊ in parte
vituꝑat.Jlle vero q̄ comedit cibū maſticat ⁊ ſibi in
coꝛpoꝛat. Sic etiā multi ꝯtra alioꝝ vicia murmu‑
rāt. ⁊ tūc eadē faciēdo ſibi incoꝛpoꝛāt.Jlle aūt qui
cōſumit nec de pelle nec de carne nec de oſſe aliq̄d
dimittit.Sic ⁊ multi ſunt q̄ cōdemnāt vitā.vitupe
rāt famam ⁊ iudicāt ꝯſciam.Scd̄o cognoſcūt̄ per
vocē.Serui dei balāt verſus terram.⁊ ſeipos reco
gnoſcūt eſſe terrā.⁊ multos defectus hr̄e .Hypo‑
crite vero v̄ſus celū vlulāt . q2 ꝯtra hoies celeſtes
ſepe loquunt̄ ⁊ ip̄os infamāt. ps̄.lxxij. Poſuerūt
in celū os ſuū.i.in celeſtes.iterꝝ.Jniquitateꝫ in ex‑
celſo.i.ꝯtra viros in excelſo locuti ſunt. Tercio co
gnoſcunt̄ ꝑ cibū.q2 oues.i. boni homines veſcunt̄
herbis virētibus.i.celeſtibus amenitatib⁹.Ezech.
xxxiiij. Requieſcūt in herbis virētib⁹. Mali aūt
paſcunt̄ carnib⁹.i.carnalib⁹ voluptatib⁹ Ro.viij.
Qui em̄ ſm carneꝫ ſunt.q̄ carnis ſunt ſapiūt.Qui
vero ſm ſpūm. q̄ ſunt ſpūs ſentiūt. Secundus
grex ouiū diaboli eſt i inferno.q2 dicit̄ in ps̄. xlviij
Sicut oues in inferno poſiti ſunt. Quod quideꝫ
verbū quattuoꝛ modis exponit̄. Primo ſic.quan
do oues inſimul ſunt ꝯſueuerūt ſtare ꝯp̄ſſe.⁊ vna
ſuꝑ aliā iacere.Sic etiā damnati ad inuicē in infer
no ſic erūt cōpꝛeſſi ꝙ vnus ſuꝑ aliū iacebit. Jſtud
innuit̄ Mat.xiij.vbi dicit̄. Colligite p̄mū zizania.
⁊ alligate ea in faſciculos ad comburēdū. Sic em̄
ligna in faſciculis ſunt comp̄ſſa.ſic dānati ad inui
ceꝫ p̄munt̄.Notabile em̄ eſt.ꝙ oues in magno ca‑
loꝛe ſtāt comp̄ſſe. in magno aūt frigoꝛe ſtāt ſeꝑate
q2 dānati ſtāt in igne cōpꝛeſſi vt ad inuicem ſic ma
gis ꝯburant̄.Quādo vero ſunt in frigoꝛe ſtāt ſeꝑa
ti vt q̄libꝫ ꝑ ſe fremat ⁊ dentib⁹ ſtrideat. Scd̄o in‑
telligit̄ ſic Greges ꝯſueuerūt ab inuicē ſeꝑari.ſic in
inferno erunt diuerſi greges. id eſt diuerſi damna
torum oꝛdines.Nā ibi erit grex ſuꝑboꝛum.⁊ grex
auaroꝝ.⁊ grex luxurioſoꝝ. Hoc innuit̄ Zach.xij.
Plāget terra ſcꝫ infernalis. familie ⁊ familie ſeoꝛ‑
ſuꝫ.q2 ꝑ ſe plāget familia ſuꝑboꝝ. ꝑ ſe plāget fami‑
lia auaroꝝ.ꝑ ſe plāget familia luxurioſoꝝ.Tercio
mō intelligit̄ ſic.Cōſueuit paſtoꝛ oues tōdere.⁊ la
nā ab eis auferre.⁊ ſic attōſas ad paſcua eas tranſ
mittere.Sic etiā oues diaboli dimittūt hic lanam.
id eſt res tēpoꝛales.⁊ attonſe ad paſcua infernalia
dirigunt̄ de bonis ſuis nihil inde ſecum poꝛtātes.
Job.xxvij.Diues cū doꝛmierit nihil ſecum affert
Quarto modo pōt ſic intelligi.Cōſueuerūt oues
tanq̄ꝫ de vno pꝛato ire ad paſcēdū ad aliud pꝛatuꝫ
Sic in inferno ſunt duo pꝛata.vnū eſt pꝛatū calo‑
ris.aliud pꝛatū frigoꝛis. Poſtq̄ꝫ igit̄ oues diaboli
fuerūt aduſte trāſibūt ad pꝛatū frigoꝛis. Poſtq̄ꝫ in
pꝛato frigoꝛis fuerūt ꝯgelate trāſibūt ad pꝛatuꝫ ca
loꝛis.Job.xxiiij.Ad caloꝛē nimiū trāſiet ab aquis
niuiū. Scd̄e ſunt oues dei.⁊ ille cognoſcunt̄ per
quattuoꝛ ſigna. Primo ꝑ oꝑa bona q̄ faciūt. Jſtō
ſignū dñs ponit etiā de ſe q̄ eſt paſtoꝛ.cū dicit̄ Jo.
v.Opera q̄ facio ꝑhibēt teſtimoniū de me.Eodeꝫ
modo fideles in ſuis oꝑibus cognoſcunt̄. Notā
dum ꝙ ſunt q̄dam oꝑa q̄ hoieꝫ ſanctū oñdūt. ſ; nō
faciūt.ſicut ſunt oꝑa miraculoꝝ. q̄ etiā aliq̄ñ mali
virtute fidei faciūt.Jlli dicēt in iudicio Matt. vij.
Dñe dñe.nōne in noie tuo ꝓphetauimus ⁊ in no‑
mine tuo demōia eiecimus.⁊ in noie tuo virtutes
multas fecimus ⁊c̄. Alia ſunt oꝑa q̄ faciūt ſanctū
ſ; nō oſtendūt.ſicut ſimplicitas ⁊ hūilitas ſanctoꝝ
viroꝝ ⁊ cetere virtutes eoꝝ q̄ faciūt hoiem ſanctū
coꝛā deo. ſ; ſepe reddūt eū deſpectabilē coꝛaꝫ mun
do.De q̄bus dicit̄ Job.xij. Deridet̄ iuſti ſimplici
tas.lampas.cōtempta apud cogitationes diuituꝫ
Vbi dicit Greg.ꝙ ſancti viri lampas ſunt.q2 in te
nebꝛis lucēt. interius ſunt ꝯtēpta q̄ exterius nō lu
cēt.lampas ſunt.q2 interius virtutibus ſplendent.
ſ; ꝯtempta q̄ exterius irriſionibus patēt.Alia oꝑa
ſunt q̄ hominē ſanctū faciūt ⁊ oſtēdunt. ſicut oꝑa
pietatis q̄ q̄dem hominē faciūt ſanctuꝫ. ⁊ pctā oia
dimittūt.Eccl'i.iij. Jgnē ardenteꝫ extinguit aqua.
⁊ elemoſina reſiſtit peccatis. hominē etiā coꝛā ho
minib⁹ oſtendūt ſanctuꝫ. Eccl'i.xxxj.Elemoſinas
illi⁹ enarrabit om̄is eccleſia ſanctoꝝ . Secūduꝫ
ſignū ꝙ aliqui ſunt oues xp̄i eſt quādo voceꝫ eius
audiūt. Vnde ſubdit̄. Oues mee vocē meaꝫ audi
unt.Quattuoꝛ em̄ ſunt voces quas ille paſtoꝛ dat
ouib⁹ ſuis. Prima eſt exterioꝛ exhoꝛtatio De qua
dicit̄ Prouer.j. Sapiētia foꝛis p̄dicat. in plateis
dat vocē ſuam.Secūda eſt interioꝛ inſpiratio.De
qua dr̄ in ps̄.lxxxiiij. Audiaꝫ q̄d loquat̄ in me dñs
deus. Job.xxxij. Jnſpiratō omnipotētis dat intel
ligētiā.Tercia eſt beneficioꝝ largitio.Jſa.j.Si vo
lueritis ⁊ audieritis me.bona terre comedetis.Quar
ta eſt carnalis flagellatio.ꝑ quā hoies ſepe ad deū
currūt ps̄.xv. Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ
poſtea accelerauerūt.Sꝫ qm̄ multi ſunt q̄ iſtas vo
ces nō audiūt.ideo dñs ꝯquerit̄ Prouer.j. Voca
ui.ſ.ꝑ exterioꝛē exhoꝛtationē.⁊ renuiſtis. Extendi
manū meā.ſ.multa beneficia largiendo. ⁊ nō fuit
q̄ aſpiceret. deſpexiſtis omne cōſiliū meū quo vo
bis bona ꝓpoſita inſpirabā.⁊ increpationes meas
neglexiſtis ꝑ q̄s vos aliquādo arguebā ⁊ flagella‑
bam. Jdeo ſubdit̄ magna cōminatio. Ego aūt in
interitu veſtro ridebo. Terciū ſignum ꝙ aliqui
ſunt oues xp̄i eſt,quādo ip̄e xp̄us q̄ eſt paſtoꝛ eas

UVA. BHSC. IyR_034_1

cognoſcit. Vñ ſequit. Ego cognoſco eas. Cognoſcit aũt fideles ſuos ꝑ imaginẽ quã eis impreſſit. Juxta illud pſ. Signatũ eſt ſuꝑ nos lumẽ vultus tui dñe. Per arma virtutũ q̄bus eos armauit. ad Ro. xiij. Induamur arma lucis. Per ſigna bonorũ opeꝝ quib⁹ eos decorauit. Can. vij. pone me domine vt ſignaculũ ſuꝑ brachiũ tuũ ⁊c̃. Per doctrinã charitatis q̃ eos inſtruxit. Joh. xiij. In hoc cognoſcẽt oẽs ꝙ mei eſtis diſcipuli ſi dilectioneꝫ habueritis ad inuicẽ. Quia vero reprobi iſta nõ hñt ideo a xp̃o in iudicio nõ cognoſcent. ſed dicet eis Mat. xxv. Amen dico vobis. neſcio vos. Quod v̾bum exponẽs Chriſoſt. dicit. Pater cognoſcit filios ſuos ꝑ imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ ſuã. Rex cognoſcit milites ſuos per vexilla ⁊ arma ſua. paſtor cognoſcit oues ſuas ꝑ ſigna magiſter cognoſcit diſcipulos ſuos ꝑ doctrinã ſuã. Ego aũt nõ cognoſco vos tanq̃ pater filios ſuos. q2 imaginẽ meã nõ habetis Nec tanq̃ rex milites ſuos. q2 arma mea ⁊ vexilla nõ portatis. Nec tanq̃ paſtor oues meas. q2 mea ſigna abieciſtis. Nec tanq̃ magiſter diſcipulos meos. q2 meã doctrinã nõ ſeruaſtis. Quartuꝫ ſignũ ꝙ ſunt oues xp̃i eſt. qñ ipꝫ veꝝ paſtorẽ ſequũt Vñ ſubdit. Et ſequunt me mee. Mali autẽ nolũt xp̃m ſeq̃. ſ; eũ fugiũt ⁊ ab eo ſe auertũt Vñ dñs de talib⁹ ꝯquerit Mat. xxiij. dicẽs. Quociẽs volui ꝯgregare filios tuos quemadmodũ gallina ꝯgregat pullos ſuos ſub alis ⁊ noluiſti. Exemplũ legit de ꝓprietatib⁹ auiũ ꝙ gallina ſimul ⁊ ſemel fouet oua ꝓpria ⁊ oua anetaꝝ ⁊ oua pauonũ. Cũ autem pulli creuerint. veri pulli matrẽ ſequuntur. Anete vero in aquã ſe mergũt pauões de ſua pulcritudine gloriantes matrẽ relinquũt. Sic ⁊ deus tanq̃ paſtor ⁊ bona gallina ꝯgregat bonos ⁊ malos in vna fide. ⁊ fouet eos ꝑ multa beneficia q̃ eis ꝯfert. S; tandẽ quidã eoꝝ ſequũt ipm ꝑ imitationẽ bonoꝝ opeꝝ. ſicut hũiles ⁊ mãſueti. Alij vero ipm deſerũt ⁊ in aq̃s deliciaꝝ ſe mergũt. ſicut ſunt voluptuoſi Alij de ſuis diuitijs ⁊ honorib⁹ gloriãtes xp̃m deſerũt. ſicut ſunt ſuꝑbi ⁊ auari. Sed q̃ vere ſũt oues xp̃i ⁊ pulli ipm ſequunt. Et iõ dixit. ſequũt me ⁊c̃.

Sermonem feria quinta require in die Marie magdalene que eſt poſtillaris.

De eodem. Sermo lxxij.

**[R]emittunt tibi peccata multa** Lu. vij. Nota ꝙ ſũt quattuor genera hoim quib⁹ peccata dimittuntur Primo dimittunt corde ꝯtritis. ſcḋo ore cõfeſſis. tercio in penitẽtia ſatiſfaciẽtibus. quarto deũ veraciter diligẽtib⁹. Primo dimittunt corde ꝯtritis ⁊ ꝯtribulatis. Thob. iij. In tp̃e tribulatõnis peccata dimittis his q̃ inuocãt te. Ber. dicit. Sic de⁹ pi⁹ eſt ⁊ iuſt⁹. ſicut em̃ apis hꝫ mellis dulcedinẽ ⁊ aculei punctionẽ. ſic deus hꝫ pietatis dulcedinẽ ad penitẽtes. ⁊ aculi cõpũctionẽ ad peccãtes. Scḋo dimittunt pctã ore cõfeſſis. j. Joh. j. Si ꝯfiteamur peccata nr̃a. fidelis ⁊ iuſt⁹ eſt vt remittat nobis peccata nr̃a. imo ꝑius q̃ cõfiteant. poſito ꝙ q̃s habeat iam ꝓpoſitũ ꝯfitẽdi. ſm̃ ꝙ dĩ in pſ. xxxj. Dixi ꝯfitebor aduerſum me iniuſticiã meã dño. ⁊ tu remiſiſti impietatẽ pcti mei. Aug⁹. dicit ꝙ verecũdia eſt magnã pena. Iõ q̃ erubeſcit ꝓ xp̃o fit dign⁹ miſericordia. Vñ quãto plus quis ꝯfitet ſub ſpe venie turpitudinẽ crimis. tãto facilius cõſequit gr̃am remiſſionis. Tercio remittunt ꝑ opa penitẽtie ſatiſfaciẽtib⁹. ij. Parali. vj. Si peccauerint tibi. neq̃ em̃ eſt homo q̃ nõ peccet. ⁊ iratus fueris eis ⁊c̃. Et ſequit. Et ꝯuerſi in corde ſuo in terrã ad quã captiui ducti fuerãt egerint penitentiã. ⁊ depcati te fuerint dicẽtes. Peccauim⁹ iniuſte egim⁹ ⁊ iniquitatẽ fecim⁹ ⁊c̃. Et poſtea. vt exaudias de celo. h̾ eſt de firmo habitaculo tuo preces eoꝝ. ⁊ facias iudiciũ ⁊ dimittas pp̃lo pctã eius. De hac pnia dicit Iſiḋ. Pnia eſt medicamẽtuꝫ vulneris. ſpes ſalutis. per quã pctõres ſaluant. ꝑ quã dñs ad miſericordiam ꝓuocat. q̃ nõ penſat in tp̃e ꝓſperitatis ⁊ leticie. ſ; luct⁹ ⁊ in lachrimaꝝ ꝓfunditate. Quarto pctã dimittunt deũ veraciter diligẽtib⁹. Lu. vij. Dimittũtur ei pctã multa. qm̃ dilexit multũ. qḋ dĩ de Maria magdalena. Intellige ardor charitatis rubiginẽ in ea pcti ꝯſumpſit. A ſimili dico. ꝙ ſi q̃s veraciter eſt in dilectiõe ⁊ charitate circa deũ vt Maria magdalena. certũ eſt ꝙ tunc pr̃ celeſtis oia peccata eius ſic eũ diligẽtis diuina pietate que ⁊ ipa charitas eſt. que ⁊ ante mũdi cõſtitutionẽ elegit nos. tegit ⁊ delet. Bern̄. Predeſtinatos ego aduerti ⁊ vidi. ꝙ mira dei diſpẽſatio in exordijs ſuis quoſdaꝫ deſerens ſcaturientib⁹ vicijs cadere ꝑ abrupta permittit. Plerũq̃ tamẽ eos tandẽ oclo miſericordie reſpiciẽs ad ſequendũ ſe ſancti amoris ſic igne ſuccendit. vt ex nimia charitate purgent eoꝝ peccata ⁊ operiant ſicut nunq̃ peccaſſent. ⁊ ſi q̃d deliq̃ſſe vident in tp̃e nõ apparet in eternitate. Quia charitas patris eoꝝ operit multitudineꝫ peccatorum Operit inquã ne deus videat ad puniendũ. homo ad erubeſcendũ. ⁊ diabolus ad accuſandũ. Iteꝫ nota alia quattuor ꝑ que pctã dimittunt videlicet ꝑ verã ad deũ ꝯuerſionẽ. ꝑ iniuriaꝝ dimiſſioneꝫ. ꝑ deuotã ſupplicationẽ. ⁊ ꝑ ſanguinis xp̃i effuſionẽ

Primo dimittunt peccata ꝑ verã ad deũ ꝯuerſionẽ. Hinc eſt quod dñs dixit Paulo Actuũ. xxvj. Mittã te aperire oculos eoꝝ. vt cõuertant a tenebris ab lucẽ. ⁊ accipiẽt remiſſionẽ pctõꝝ. Bern̄. O quanta ⁊ q̃lis eſt miſericordia dñi dilecti mei Jeſu xp̃i q̃ nõ minus ꝯuerſum pctõreꝫ diligit q̃ eũ q̃ nũq̃ pcti maculã cõtraxit. Scḋo dimittunt pctã ꝑ iniuriaꝝ dimiſſionẽ Math. vj. Si dimiſeritis hominib⁹ pctã eoꝝ. dimittet vobis pater me⁹ celeſtis pctã vr̃a. Et h̾ eſt qḋ quotidie petim⁹ dicẽtes. Dimitte nobis debita nr̃a ſicut ⁊ nos dimittimus debitorib̄r noſtris. veniã. ſ. petẽtibus. Propter qḋ dicit dñs Lu. vj. Diligite inimicos veſtros. benefacite his qui oderũt vos. De hac dilectione dic̃. Gre. Dilectio inimici tũc vere cuſtodit cũ nõ de ꝓſperitate ei⁹ affligimur. nec de eius ruina letamur. Et q̃ hãc charitatẽ hꝫ. nõ ſolũ meret peccati remiſſionẽ. verũ etiã qḋ ãpli⁹ eſt. deus manet i eo ⁊ ipe in deo Vñ Bern̄. Deus charitas eſt. ⁊ q̃d p̃cioſius. ⁊ qui manet in charitate in deo manet. ⁊ q̃d ſecuri⁹. ⁊ deus in eo ⁊ q̃d iocundi⁹. Tercio dimittunt pctã ꝑ deuotã orõnẽ. Eccli. xxj. Fili peccaſti. nõ adijcias iteꝝ. ſ; de p̃teritis p̃care vt tibi dimittant. Sic deuote ⁊ humiliter remiſſionẽ peccatoꝝ petebat Ma-

naſſes q̄ dicebat.ij.Paralip.vi. Flecto genua cor-
dis mei depcans a te bonitatē dn̄e. peccaui ⁊ iniq̄-
tatē meā ego cognoſco.remitte mihi.Et ideo dicit
Ber.O q̄ꝫ breue ⁊ ſalubꝛe verbū peccaui.Nā tres
ſillabe poꝛtas aperiūt ꝑadiſi. Dauid enī dicēti ad
Nathan.ij. Regū.xij.peccaui.ſtatim ꝓpter hoc ꝓ
pheta q̄ a dn̄o vt vltionē indiceret miſſus erat intu
lit.dn̄s trāſtulit pctm̄ tuū.Et ideo nō ſolū dimitti
tur pctm̄ ꝑ oꝛōnes.ſꝫ etiā ꝑ deuotas ſanctoꝝ inter-
ceſſiōes.qḋ figurat̄ Nu. xiiij.quādo dixit moyſes
ad dn̄m. Dimitte dn̄e depcoꝛ pctā ppl̄i huius ſm̄
magnitudinē miſericoꝛdie tue. Dixitq̄ꝫ dominus
ad Moyſen.Dimiſi eis ſm̄ verbū tuum. Leui.xij
Orabit ꝓ eis ſacerdos ⁊ dimittet eis.Sed coꝛ pꝛo
alio depꝛecātis dꝫ eſſe deuotū Ber. Nō depcantiū
os deus inſpicit.ſꝫ oꝛātis coꝛ attēdit. Quarto di
mittunt̄ peccata ꝑ ſanguinis xp̄i effuſionē. Mat.
xxvj.Hic eſt ſanguis meꝰ noui teſtamēti q̄ ꝓ mul
tis effundet̄ in remiſſionē peccatoꝝ. ad Ephe.x.
ap̄ls de xp̄o inq̄t.In quo habemꝰ remiſſionē pec-
catoꝝ in ſanguine ipſius. Vn̄ Gre.Oblatio abſol
uit viuos a peccatis.Eſt enī cautela ⁊ cuſtodia tu-
toꝝ ⁊ mitigatio temptationū. De his duobꝰ dicit
Bern̄. Sacramentū dn̄ici coꝛꝑis duo oꝑat̄ in nobꝭ
vt ſenſuꝫ noſtrū ⁊ animū a noxijs muniat ⁊ in gra
uioꝛibus peccatis ꝯſenſuꝫ malū omino tollat.Eſt
etiā ad repſſionē demoniū. Chꝛiſ.Hic ſanguis abi
git demones ⁊ alonge ire facit ⁊c̄.

Feria ſexta. Sermo lxxiiij.

## Expedit vobis vt vnus

moꝛiat̄ hō ꝓ ppl̄o Joh.xj. Ubi aliq̄s re-
ctoꝛ ciuitatis audit aliqḋ negociū. graue
⁊ ꝑiculoſum.ꝯuocat ꝯciliū ⁊ ꝓponit negociū.⁊ au
dit ꝯſiliatoꝛes.Et tūc illa ſentētia appꝛobat̄ in quā
plures ꝯſentiūt.Sp̄ualiter. Sic pōtifices ⁊ phari
ſei fecerūt.Audierūt enī de reſuſcitatiōe Lazari.et
quomō oēs in xp̄m credere videbant̄. vnde timu-
erūt eis euenire periculū qḋ tamē omnibꝰ fuiſſent
in ſalutē.⁊ collegerūt ꝯciliū. De quo ſp̄ūſſanctus
dixerat ꝑ pſ̄.xxx. Accipere animā meā ꝯſiliati ſūt
Unde figurat̄ hoc ꝯciliū.ij Reg.xvij.Abſalon in-
iuit ꝯciliū quomō pr̄eꝫ expelleret ⁊ interficeret.qḋ
cōſiliū dederat Achitofel.vn̄ idcirco ſe ſuſpendit.
Sp̄ualiter.Abſalon.i.cōmūitas phariſeoꝛū iniuit
ꝯciliū ſuꝑ pr̄em.i. xp̄m q̄ eſt pater noſter ſm̄ diui-
nitatē.Sed Achitofel.i. Cayphas dedit cōſilium
iudeis vt interficerēt xp̄m pſ̄.cv.Ipſi exacerbaue
rūt eū in cōcilio ſuo.Et pſ̄.xxj.Conciliū malignā
tiū obſedit me.ſcꝫ. Expedit vobis vt vnus moꝛiat̄
hō ꝓ ppl̄o ⁊c̄. Aliud thema.Philoſophus in li
bꝛo metheroꝝ dicit Auꝝ in fundo ciphi potū red
dit dulcioꝛē.Ratio.qꝛ auꝝ in ſe eſt dulciſſime q̄li-
tatis.pꝛobāt hoc aque quaꝝ fundus eſt aureus.qꝛ
tales dulcioꝛes ſunt.Sp̄ualiter. Sic auꝝ paſſiōis
xp̄i dū in cipho coꝛdis recōdit̄ facit dulceſcē aq̄s
tribulatiōis.Ber Nil dulciꝰ in tribulatiōe q̄ꝫ medi
tari xp̄i paſſionē.Figurat̄ Exo.xv.vbi aq̄ marath
dulcoꝛate ſunt ꝑ lingnū. Et ſic ꝑ lignuꝫ crucis ⁊ ꝑ
miſericoꝛdiā in cruce acq̄ſitā oēs noſtre tribulatio
nes dulcorant̄. Unde in introitu miſſe dicit.Mi-
ſerere mei dn̄e quoniaꝫ tribuloꝛ. libera me ⁊ eripe
me de manibꝰ inimicoꝝ meoꝝ.⁊ a ꝑſequētibꝰ me
nō cōfundar qm̄ inuocaui te.pſ̄.In te dn̄e ſpera-
ui nō ꝯfundar ⁊c̄.In collecta.Coꝛdibus noſtris q̄
ſumus dn̄e gr̄am tuā benignus infunde. vt pecca-
ta noſtra caſtigatione volūtaria cohibētes tempa
liter potiꝰ maceremur.q̄ꝫ ſupplicijs deputemur et
nis.Nā omēs carētes auro paſſionis ꝯfundent̄ in
eterna egeſtate. Unde in epiſtola Hieremie.xvij.
dixit Hieremias. Domine deus omnes q̄ te dere
linquūt ꝯfundent̄. recedētes a te in terra ſcribētur
q̄ſi diceret.Et nō nō in celo. Itē auꝝ cōfoꝛtat coꝛ
infirmoꝝ.⁊ ſic xp̄us. Ideo ſubdit in lectiōe.Sana
me dn̄e ⁊ ſanaboꝛ.ſaluū me fac ⁊ ſaluꝰ ero.Richar
dus.Nulla ſalꝰ coꝛꝑis ⁊ aīe niſi in feliciſſima xp̄i
paſſione.De q̄ thema.Expedit vobis vt vnꝰ moꝛi
atur ⁊c̄. In ſumma euāgelij tria innuunt̄.Pꝛio
fatuitas inanis cōcilij.ibi. Collegerūt ⁊c̄.Secun
